

DE ARBITRIO

INTER

LIBERAS GRAECORUM CIVITATES

THESIM PROPONEBAT FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

VICTOR BERARD

SCHOLAE GALLICAE, QUAE EST ATHENIS, OLIM SOCIUS

LUTETIAE PARISIORUM

EDEBAT E. THORIN, BIBLIOPOLA

4, VIAE QUAE DICITUR LE GOFF, 4

1894

DE ARBITRIO

INTER

LIBERAS GRAECORUM CIVITATES

obvenirent, Graecos aliam quamdam finiendarum inter civitates litium rationem experiri debuisse matureque arbitris usos esse suspicari possumus.

Hanc sane materiam doctissimus vir M. H.-E. Meier, in suo opusculo *Die Privatschiedsrichter und die oeffentlichen Diaeteten Athens sowie die Austraegalgerichte in den griechischen Staaten* (Hal. Sax., 1846), leviter jam tractaverat cum Betant quidam, si Foucartio et Eggero credendum, de eadem disputavit, *An fuerint apud Graecos judices certi litibus inter civitates componendis* (Berolini, 1862) : quam dissertationem neque Parisiis ego, neque Berolini aut Monachi aut Gottingæ E. Sonne invenire potuit : qua tamen usus, Egger in suis *Études historiques sur les traités publics*, etc. (Paris, 1866) de arbitris paulum disseruit.

Ego autem Athenis, viro doctissimo P. Foucartio, qui Gallicae Scholae praeerat, auctore, hoc opusculum jam aggressus eram, cum E. Sonne dissertationem edidit *De arbitris externis quos Graeci adhibuerunt ad lites et intestinas et peregrinas componendas*, Gottingae, 1888. Qua dissertatione parum contentus, quippe nec in enumerandis nec in exponendis litibus absoluta, nec in ordine digesta expositaque, P. Foucartii exhortationem non deserui.

In priore hujus opusculi parte, omnes lites enumerabo et exponam, quae ab arbitris compositae sunt.

In altera autem, arbitrii primum regulas, deinde historiam tractare tentabo.

PARS PRIOR

QUAE CIVITATES ARBITRIS
LITIUM COMPONENDARUM USAE SINT

PARS PRIOR

QUAE CIVITATES ARBITRIS LITIUM COMPONENDARUM USAE SINT

Qui ad arbitros inter civitates spectant, rari sunt nec tituli nec scriptorum loci. Scriptorum locos non transcribam ; ad eos autem lectorem rejiciam, quos facile reperiet. Titulos contra permultis in libris opusculisque et actis sparsos, quoties iis usus ero, accurate perscribam; inscriptiones ad arbitrium pertinentes in hoc libello cunctas, mihi notas, invenies in unum et, ut ita dicam, in corpus collectas.

Ad ordinem venio quo lites disponere satius sit. Eamdem viam ac Sonne non secutus sum. Ille servatis temporibus suum quamque litem in annum retulit. At persaepe apud Graecos accidebat ut civitas, quae condemnata esset, crimen arbitris aliquod afferret novumque vel bellum vel judicium iniret, nedum arbitrio uno finis litibus imponeretur; non uno quaedam lites nec duobus nec quinque, immo nec decem arbitriis finiebantur ; semper enim eaedem, spatio quodam interposito, resurgebant : ut chorus in tragoedia, ita in bellis litibusve arbitri medios tantum intercinunt actus. Tragoediam uno tenore totam exponendam esse quis dubitet? nec alio more continuationem seriemque arbitriorum, quae ad unam eamdemque litem spectant, non exsolvam, ne parum hujus institutionis nota appareat, scilicet plerumque

arbitrorum interventus sine ulla vel utilitate vel consequentia fuisse.

Quod si arbitria, quae in una eademque lite apta sunt atque connexa, non sejungere debemus, nullam litium disponendarum rectam rationem invenio, nisi omnes una lites colligam quae ad eamdem urbem, populumve aut societatem aut regionem spectant. Tria igitur in capita litium series distribuam; primo in capite reperies quae ad Peloponnesum et Siciliam, in secundo quae ad Graeciam Continentem, in tertio quae ad Insulas et Asiam respiciunt.

Quo autem ordine recepto, quod fuerit arbitrii officium et momentum in uniuscujusque civitatis litibus clarius apparebit, sed quid fuerit arbitris ponderis et gravitatis in universa totius Graeciae historia nos latebit. — Recte mones : cui vitio ut occurram, indicem alteri parti addam in quo omnia arbitria, suo quodque anno adscripta, invenies.

CAPUT PRIMUM

PELOPONNESI ET SICILIAE CIVITATES.

I MESSENII ET SPARTIATAE.

I. Incipiente priore Messeniaco bello, Messenii, si Pausaniae credendum, a Spartiatis petiverunt ut controversiam aut apud Argivos Amphictyonum consilium aut apud Athenienses Areopagitae disceptarent.

— Paus., IV, 5, 2.
— Anno c. 750.

II. Messena, Epaminondae beneficio, restituta, Dianae Limnatidis templum et Dentheliates ager Messenios atque Spartiatas in jurgium perenne perpetuamque litem adduxerunt. Quam causam primus judicavit Philippus, Macedonum rex, qui Messeniis agrum fanumque concessit.

— Polyb., IX, 33; Strab., VIII, p. 361; Tacit., *Annal.*, IV, 43.
— Anno 338.

III. Ad regem Antigonum eadem causa delata est, qui idem ac Philippus judicium tulit.

— Tacit., *Annal.*, IV, 43.
— Anno circa 222; hunc enim Antigonum Dosonem fuisse censeo, et causam post pugnam apud Sellasiam judicasse; cf. Dittenb., 240.

IV. Imperator L. Mummius, post Corinthum captam, litem cognovit Antigonique et Philippi sententias confirmavit.

— Tacit., *Annal.*, IV, 43.
— Anno 147-146.

V. Ad Senatum romanum Spartiatae causam provocave-

runt, qui Milesiis arbitrium concessit. Milesii autem sexcentos judices sortiti, auditis Lacedaemoniorum Messeniorumque legatis, Messeniis litem adjudicaverunt, ut e Taciti loco et quodam titulo apud Olympiam effosso liquet.

— Tacit., *Annal.*, IV, 43; *Arch. Zeit.*, 1876, p. 128; 1878, p. 104; Dittenb., 240.

Κρίσις περὶ χώρας

Μεσσανίοις καὶ Λακεδαιμονίο[ις.

Πρεσβευτᾶν παραγενομένων παρὰ τᾶς πόλιος τῶν Μεσσανίων Ἀθαναδώρου τοῦ Διονυσίου, Ἀπολλωνίδα τοῦ Νικάνδρου, Χαρητίδα τοῦ Δορκωνίδα, καὶ τὰ γράμματ' ἀποδόντων, ἐν οἷς διεσαφεῖτο ἀνανεωσαμένους τὰν ὑπάρχουσαν συγγένειαν καὶ φιλία]ν ταῖς πόλεσι ποθ' αὐτὰς διαλέγεσθαι ὅπως ἐπιχωρήσει ἁ πόλις ἀναγραφῆμεν εἰς Ὀλυμπίαν τὰγ κρίσιν τὰγ γενομέναν τᾶι πόλει αὐτῶν ποτὶ τὰμ πόλιν τ]ῶ[ν] Λακεδαιμονίων περὶ χώρας, ἀποδόντων δὲ τῶμ π]ρεσβευτ[ᾶν κ]αὶ ἐπιστολὰμ παρὰ Μιλησίων ἀπεσταλμ]έναν, περιέχου[σαν] τὰν γεγενημ[ένα]ν κρίσιν, διαλεγέντων δὲ τ[ῶμ] πρεσβευτᾶν ἀκολ[ούθως τοῖς γεγραμμένοις · ἔδοξε τοῖς συνέδροις ἀπόκρισιν δόμεν, διότι τάν τε συγγένειαν καὶ φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν ποτὶ τὰμ πόλιν τῶμ Μεσσανίων ἀνανεοῦνταί τε καὶ ἐπὶ πλεῖομ προάξοντι, περί τε τοῦ ἐπιχωρῆσαι ἀναγραφῆμεν εἰς Ὀλυμπίαν τὰγ κρίσιν, τὰγ γεγενημέναν τᾶι πόλει αὐτῶμ ποτὶ τὰμ πόλιν τῶν Λακεδαιμωνίων περὶ τᾶς χώρας ἐπὶ τοῦ δάμου τοῦ Μιλησίων, διότι ἐπιχωροῦντι καθὼς ἁ πόλις τῶμ Μεσσανίων ἐγγράφει καὶ οἱ πρεσβευταὶ παρεκάλεον, ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἐπί τε τᾶι ἐνδαμίαι καὶ ἀναστροφᾶι, ἇι πεποίηνται, δόμεν δὲ αὐτοῖς καὶ Φιλόνικον τὸν ταμίαν ξένια τὰ μέγιστα ἐκ τῶν νόμων, καλέσαι δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπὶ τὰγ κοινὰν ἑστίαν.

B

Μιλησίων οἱ πρυτάνεις καὶ οἱ ἡιρημένοι ἐπὶ τῆι φυλακῆι Ἠλείων τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς συνέδροις χαίρειν. Παραγενομένων πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτῶν παρὰ Μεσσηνίων Μηνοδώρου τοῦ Διονυσίου, Φιλοίτου τοῦ Κρατίου, καὶ παρακαλούντων δοῦναι αὐτοῖς ἀντίγραφον πρὸς ὑμᾶς τῆς γεγενημένης κρίσεως Μεσσηνίοις τε καὶ Λακεδαιμονίοις κατὰ τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου καὶ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου συγχωρησάντων τὰ προδεδηλωμένα καὶ ἐπιταξάντων ἡμῖν δοῦναι αὐτοῖς τὴγ κρίσιν, ὑποτ]άξαντες αὐτὴν τῆι ἐπιστολῆι ἐδώκαμεν τοῖς πρεσβευταῖς, ὅπως διακομίσωσιν αὐτὴμ πρὸς ὑμᾶς ἐσφραγισμένην τῆι δημ]οσίαι σφραγῖδι.

C

Ἐπὶ στεφανηφόρου Εἰρηνίου τοῦ Ἀσκληπίαδου, μηνὸς Καλαμαιῶνος δευτέραι, ὡς δὲ ὁ στρατηγὸς [ἔγρα]ψε Κόιντος Καλιπόρνιος Γαίου υἱὸς μηνὸς τετάρ[του καὶ δεκάτου καὶ ἡμέραι ἑνδεκάτηι κατὰ σελήνην, ἀφ' ἧ[ς ἡμέρας τὸ δόγμα ἐγένετο, ἐκκλησία συνήχθη κυρία ἐ[ν τῶι θεάτρωι ἐν τῆι προειρημένηι ἡμέραι, καθότι [Λακεδαιμόνιοι καὶ Μεσσήνιοι συνωμολογήσαντο, κ[αὶ ἐκ]ληρώθη κριτήριον ἐκ παντὸς τοῦ δήμου, τὸ μέ[γιστ]ον ἐκ τῶν νόμων, κριταὶ ἑξακόσιοι. Καὶ εἰσήχθη ἡ κρίσις κατά τε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ προειρημένου στρατηγοῦ καὶ κατὰ τὸ δόγμα τῆς συ[γκλ]ήτου ἐπ' Ἀμφίλλο[υ τοῦ . . . . [ἐπὶ τούτωι · ὁπότεροι ταύτην τὴν χώραν κατεῖχ[ον ὅτε Λεύκιος Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος [ἐν ἐκείνηι τῆι ἐπαρχείαι ἐγένετο, ὅπως οὗτοι οὕτω[ς κατέχωσιν. Καὶ διεμετ]ρήθη αὐτοῖς τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν [τήρησιν ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου λόγου ἑκατέροις μετρη[τῶν Μιλησίων δεκάπεντε, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου λόγου [μετρητῶν Μιλησίων πέντε, καθότι καὶ αὐτοὶ εὐδόκησαν. [Καὶ λε]ξάντων

πρὸς τὴν τήρησιν τοῦ ὕδατος παρὰ μὲν Λακεδαιμονί-
ων Εὐδαμίδα τοῦ Εὐθυκλέους, παρὰ δὲ Με[σσηνίων Νίκων-
ος τοῦ Νίκωνος καὶ ῥηθέντων τῶν λόγω[ν ὑφ' ἑκατέρ-
(ρ)ων ἐκρίθη κατεισχῆσθαι ἡ χώρα ὑπὸ Μεσ[σηνίων ὅτε
Λεύκιος Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος [ἐν ἐκεί-
νηι τῆι ὑπαρχείαι ἐγένετο, καὶ ὅπως οὗτοι οὕτως
κατέχωσιν. Τῶν ψήφων αἷς ἔδοξεν κατεισ[χῆσθαι
ἡ χώρα ὑπὸ Μεσσηνίων καὶ ὅπως οὗτοι οὕτω[ς κα-
τέχωσιν, πενταχόσιαι ὀγδοήκοντα τέσσα-
ρες· αἷς κατεισχῆσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων,
δεκαέξ.

— Anno circa 147-146 : Q. Calpurnius Piso anno 135 consul fuit ; praetor ergo ante 145 fuerat.

VI-VII. C. Caesar et M. Antonius causam denuo judicaverunt et eorum sententia Spartiatis ager redditus est ; sed, Tiberio imperatore, senatus consultum C. Caesaris et M. Antonii judicium convellit.

— Tacit., *Annal.*, IV, 43 ; anno 25 p. Chr.

II. Messenii et Phigalienses.

Ex agri cujusdam possessione et pascuorum usu longa inter Messenios Phigaliensesque exorta est controversia.

I. Ætolorum primum legati arbitri ab utraque civitate adsciscuntur, qui fines agri pascuorumque jura terminant.

— Lebas et Foucart, n° 328 *a* ; Cauer, 45.

Ἐπειδὴ παραγενόμεν]οι πρεσβευταὶ καὶ διαλυ-
ταὶ παρὰ τῶν Αἰτω]λῶν Τίμαιος, Κλεόπατρο-
ς καὶ. . . . . . τὸ ψήφισ]μα τὸ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπ-
έδωκαν καὶ αὐτοὶ] διελέγοντο ὅμοια τοῖς ἐν τ-
ῶι ψηφίσματι, ἀξ]ιῶντες διαλυθῆμεν ποτὶ τὼ-
ς Φιαλέας, συνπ]αρόντες δὲ καὶ τῶν ἐ Φιαλείας
πρεσβευτᾶν. . . ΄.] Θαρυκίδας, Ὀνόμανδρος, Ἀμφίμα-
χος, ...] λας, Ορθολαΐδας, Κραταιμένης, Τι-
. . . . καὶ Δ]αμάρετος τὰ αὐτὰ ἠξίων, ἔδοξε τᾶι
πόλι τῶν Μ]ε(σ)σανίων ἦμεν τοῖς Μεσσανίοις κα-

ι τοῖς Φια]λέοις ἰσοπολιτείαν καὶ ἐπιγαμία-
ν ποτ' ἀλλ]άλως, ποιήσασθαι δὲ καὶ συμβολὰν ἄ-
ν κα δοκεῖ] ἀνφοτέραις ταῖς πολέοις, τὰν δὲ χ-
ώραν καρ]πίζεσσθαι ἑκατέρως τώς τε Με(σ)σανίω-
ς καὶ τὼς Φι]αλέας καθὼς καὶ νῦν καρπιζόμεθα ·
ὁπόσα δέ κ]α ὁμολογήσωμεν ποτ' ἀλλάλως ὀμό-
σαι ἀνφοτέρ]ως καὶ στάλας καταθέσθαι ἐν τοῖς
ἱεροῖς καθώς κ]α δοκεῖ ἀνφοτέραις ταῖς πολέο-
ις · ἐὰν δὲ μὴ ἐμ]μένωντι οἱ Φιαλέες ἐν τᾶι φιλ-
ίαι ποτὶ τὼς Με]σσανίως καὶ Αἰτωλὼς, ἄκυρος ἔ-
στω ἅδε ἁ ὁμολο]γία · ἔδοξε δὲ καὶ τοῖς Φιαλέ[ο-
ις ποιεῖν καθάπερ ο]ἱ Μεσσάνιοι ἐψαφίξαντ[ο. Ὅρκος
τῶν Μεσσανίων · ὀμ]νύω Δία Ἰθωμάταν, Ἥρα[ν...
. . . . ον καὶ θεὼς ὁρκί[ως πάντας, ἦ
μὰν ἐμμένειν ἡμᾶς] ἐν τᾶι φιλία[ι τῶν Φιαλέων..
. . . . τοὺς Φι]αλέας τε. . . . . .
. . . μεν. . . . .

— Anno incerto circa 250-222.

II. Quae quidem σύλλυσις exstingui debebat, si alterutra civitatum societatem Ætolorum desereret (l. 19-20). Hoc enim arbitrium ante habitum est quam Phigalia sub ditione Ætolorum fuit, Messeniis vero Ætolorum sociis atque amicis nondum alteram partem secutis, scilicet ante annum 222. Quo anno, Dorimachus ab Ætolis ad tutandos Phigaliensium agros missus, piratarum turbam collegit, quibus Messeniorum agros populandi et pecora abigendi sibi potestatem fecit : quo fit ut Messenii se cum Macedonibus et Achaeis consociaverint. Mox Phigalienses, societatem Ætolorum animis aversati, Ætolos piratas ejiciunt et, oratoribus ad Philippum missis, seque ac suam urbem regi tradunt.

Ætolorum societate derelicta, Messenii et Phigalienses ad Megalopolitanos litem evocasse videntur, siquidem ita restituendus est titulus a J. Martha Messenae repertus.

— *Bull. cor. hell.,* V, p. 150 :

. . . . ει. . . . .
. . . . κατ' ἄδειαν . . . .

. . . παρ]ὰ τὸ κοῖλον εἰς τὰν κ[ράναν τὰν καλουμέναν
. . . σουν, τὰν χώραν Με[σσανίων. . . . . . . οἱ Μεσσά-
νιοι διὰ τὸ παράδειγ[μα. . . . . οἱ Φι-
αλεῖς κτήσεις. . . . . [. . . . . τοῖς Μεσσα-
νίοις περὶ τᾶς χώρας ποτὶ Με[γαλοπολίτας. . . ἐξου-
σίαν, τῶν καρπῶν ἀπόλαυσιν. . . . .
. . . . . τᾶς] κρινομένας χώρας καὶ . . . .
. . . . . τᾶς] κρινομένας χώρα[ς . . . .
. . . . τὰ ἐπιν]όμια ἔπραξε . . . .

Huic forsitan arbitrio delimitatio congruit quam titulus Messenae repertus et a Foucartio editus continet.

— Lebas et Foucart, 317 *a.*

. . .ταν. . .
. . . . . ἐπ' εὐ]θείας ἐ[πὶ. . . . . .
. . . . ἐς τοὺς ὅρο[υς. . .
. . . . . Μ]εσσάνιοι ἐκ τᾶν Δευκ. . .
. . . . ὕδωρ κοινὸν . . .
. . . . . . δρων Πατερίνου, Φιλ[ιστίων. . .
. . . . . . σηνος Φιαλεῦσι καὶ Μ[εσσανίοις. . .
. . . . . . ν οἱ Μεσσάνιοι κράναν τ[ὰν καλουμέναν. . . .

III. Zarachii et altera Laconica civitas.

Cum Laconica quaedam civitas, cujus nomen ignoramus, cum Zarachiis de agris, aquis et portu in litem incidisset, jamque in eo res essent ut Zarachiis Tenii, arbitri a litigantibus facti, causam adjudicassent, duo alterius civitatis cives, Zenonis cujusdam filii, maximam curam adhibentes victoriam suae patriae comparaverunt. Titulum vero habemus in quo Zenonis filiis legitimi honores redduntur. Sed qui fuerint hi Tenii judices, utrum e Teno celeberrima insula an ex urbe laconica Teno quam Steph. Byzantius nominat, non apparet; laconicos vero hos esse verisimilius mihi videtur.

— *Bull. cor. hell.*, IX, p. 246.

Ἐπεὶ ὁ δεῖνα καὶ. . . . . . .]οδώρος οἱ Ζή
νωνος. . . . . . περὶ τ]ᾶς πόλεως τῶν
Ζαραχίων εἰσαγούσας ἡ]μῖν ἀμφισβήτη-
σιν. . . . . . . περὶ τ]ᾶς χώρας ἀπο-
τεινούσας ἀπὸ. . . . .]ιας τᾶς ἐπὶ τω
. . . . x]αὶ ὑδάτων κα-
ι. . . . .] αὐταῖ καὶ τοῦ λ-
ιμένος. . . . .]ισαι τᾶι πόλει παρ-
. . . .]υσάμενοι χαρίζε-
σθαι τᾶι πόλει καὶ] δικαιολογηθέν[των
καὶ νικᾶν μελλόντων] τὰγ κρίσιν Ζαραχίων
παρὰ τῶν δικαστῶν τ]ῶν ἐκ Τήνου τῶν περὶ
τὰν ἀμφισβήτησιν] τᾶς χώρας, λαβόντων
. . . . καὶ κιν]δυνευόντων ἁμῶν κατα-
δικάζεσθαι καὶ τὰγ χώ]ραν ταύταν ἀποβαλεῖν
καὶ εἰς μεγάλαν ἀπορ]ίαν ἐμπεσεῖν, ὁμοίως α-
. . . . παρὰ τοῖς δι]καστᾶις παραγενόμε-
νοι καὶ δικαιολογ]ηθέντες ἐνίκασαν τὰγ κρ-
ίσιν. . . . .] καὶ ἠλευθέρωσαν τὰς
αἰτιωμένας ἁμῶν] χώρας.

— Anno incerto, at, ut mihi videtur, post libertatem civitatibus laconicis a Flaminino redditam et ante Graeciam in provinciam redactam, 195-146.

IV. Geronthraei et . . . .

Geronthraei a communitate Euboeorum judices petiverant, qui causas Geronthraeorum intestinasque discordias componerent : miserunt Euboei. Hos autem judices, intestinis judiciis exactis, Geronthraei rogaverunt ut coram Laconum societate ipsorum civitatem defenderent, ipsis quadam altera civitate forsitan de territoriis litem intendente ; quæ quidem civitas ignota nobis est. Hac etiam legatione ita perfuncti ut Geronthraeis satisfecerint, proxenia ceterisque honoribus legitimis judices et eorum scriba donantur.

— Lebas et Foucart, 228 ; Cauer 30.

18 . . . . ἐπιφερομ]ένων ἐπὶ κοινῷ [τῶν
Λακεδαιμονίων δίκ]ας τᾶι πόλι τῶν Γερονθ-

ρητᾶν, παρακαλεῖν α]ὐτὼς καὶ τὸν γραμματῆ
αὐτῶν. . . . . . .]τον Κόσσω Καρύστιον καὶ
ἐκ τῶ κοινῶ τῶν] Λακεδαιμονίων καθ[ελ-
έσθαι. . . . . .] οκράτιος Γυθειά[τ-
ην καὶ 'Αριστ]οκράτη Πυρίχιον καὶ ἀ[πο-
στεῖλαι αὐτὼς] εἰς τὰν πόλιν ταύταν. . . . .
. . . . τε .αα. . . δε. . . . . .
. . . .· ἀναπέμπ]εσθαι τὸ ἀντίγραφον·
εἶμεν δὲ αὐτὼς] καὶ ἐγγόνως προξένως καὶ
εὐεργέτ]α[ς τᾶς πόλι]ος τῶν Γερονθρητᾶν
καὶ ἔχην ἔγκτησιν γᾶς τε καὶ οἰκίας
καὶ τὰ λοιπὰ τίμια ὑπάρχην αὐτοῖς ὅ-
σα καὶ τοῖς λοιποῖς προξένοις καὶ εὐ-
εργέταις τᾶς πόλιος· εἶμεν δὲ αὐτοῖς
καὶ ἀτέλειαν καὶ εἰσαγόντοις καὶ ἐξα-
γόντοις καὶ πολέμω καὶ ἰράνας· τὰν [δὲ
προξενίαν ταύταν ἀναγραψάντ[ω τοὶ ἔφο-
ροι τοὶ ἐπὶ σταταγῶ Ξενοφάνεος [εἰς
στάλαν πετρίναν ἐν τοῖ ἱεροῖ τῶ ['Απόλ-
λωνος· τὸ δὲ ἀνάλωμα ἁ πόλις δότ[ω.

— Anno incerto alterius saeculi. Anno 195, Flamininus Nabi tyranno maritimas civitates eripuit, Laconicaque societas constituta est; censeo autem, cum in titulo nulla fiat de Romanis mentio, ante 146 judicium exactum fuisse.

V. Spartiatae et Megalopolitani.

Dores, in Peloponnesum invasione facta, ab Arcadia primum abstinuere; dein autem pagis Arcadum quibusdam potiti sunt, Caryis scilicet, quæ antea Tegeatarum, necnon Belminate atque Aegytide quae ambae Parrhasiorum fuerant. Sed postquam Megalopolis ab Epaminonda exstructa fuit, totum Parrhasiorum agrum sibi vindicarunt Megalopolitani et Spartiatas a Belminate et Aegytide expellere tentaverunt.

I. Causa ad Philippum Macedonum regem delata est: quam Philippus ipse disceptare noluit, sed ex omnibus Graecis commune judicium instituit.

— Polyb., IX, 33, 7.
— Anno 338.

II. Ad Senatum romanum causa iterum delata est, qui C. Sulpicium et M. Sergium legatos misit « partim ut res Graecorum propius aspicerent, partim ut inter Megalopolitanos et Lacedaemonios controversiam disceptarent, quae de agro quodam dubii juris inter eos erat exorta ».

— Polyb., XXXI, 9, 7.
— Anno incerto post 167, ante 146.

III. « C. Sulpicius Gallus missus ad dirimendas inter Lacedaemonios et Argivos de finibus controversias », apud Pausaniam invenitur : quo loco « Argivos » in « Arcadas » corrigere necesse mihi videtur. — C. Sulpicius in Graecum nomen multa dixit et fecit insolenter et plane utramque civitatem ludibrio habuit, si Pausaniae creditur : nam « quae rerum gestarum gloria aliquando floruerant urbes, quaeque de agrorum finibus magno et diuturno bello certaverant, eas hic dignas non putavit, quarum causam cognosceret, sed eam cognitionem ad Callicratem impurissimum hominem totiusque Graeciae perniciem rejecit. »

— Paus., VII, 11, 1-3.

IV. Putat Dittenberger, qui titulum edidit, huic arbitrio Lacedaemonios non obedisse, Megalopolitanos autem id iis vitio vertisse apud Achaeos, a quibus multa Lacedaemoniis imposita fuerit; quam quum soluturos se esse negassent Lacedaemonii, fortasse sese interponentibus Romanis, arbitros electos esse, quorum sententiam praebere hunc titulum.

— *Arch. Zeit.*, 1879, p. 127 ; M. Dubois, *Lig. Etol. et Ach.*, p. 231.

Ἀπόφασις δικαστᾶν ἡ [ιρημένων. . . . . . δια-
δικάσαι τοῖς Ἀχαιοῖς κ[αὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις,
τοῦ Ἐπιγόνου, Ἀριστάρχο[υ τοῦ. . . . . . . τοῦ. . . αν-
δρου, Πολυκράτευς τοῦ Πολυ[κράτευς. . . . .
περὶ τᾶς ζαμίας ἃς ἐζαμί[ωσαν οἱ Ἀχαιοὶ τὸν δᾶμον τὸν Λακε-
δαιμονίων ὅτι ἀντὶ π. . . . .
Μεγαλοπολιτᾶν ταύτας. . . . .
πλειόνων ῥηθέντων. . . . .
τὰς διὰ τῶν συνδίκων. . . . .

διαφόραν ταῖς πόλεσι. . . . .
προθυμίας καὶ σπουδᾶς οὐθ[ὲν ἐλλείποντες . . . . ἀ-
πηνέγκαμεν ἐπιγραφὰν διὰ πο[. . . . .
δο. . . . . . μενεις συλλυσαντ. . . . . . . δι. . .
καὶ ἀκολουθ[. . . . . 'Α-
χαιούς τε εἰς. . . . . τὰγ κρίσιν. . . . .
μέν ἕνεχεν τοῦ. . . . . ετα . . ποτὶ δε . . . .
τε τὰ κεχριμμένα ἄκυρα. Ὅπως [δὲ. . . . . . πόλ-
εμον. . . ου. . . . . οἱ 'Αχαιοὶ διατέ[λωσιν. . .ἐν εἰ-
ράναι καὶ εὐνομίαι αἵ τ' ἐν τοῖς. . . . [ἵν' αἱ γεγενημέ-
ναι ὕστερον κρίσεις βεβαίαι διαμένων[τι καὶ κυρίαι εἰς τὸν
ἀεὶ χρόνον καὶ αἱ στᾶλαι καὶ τ[ὰ ψηφίσματα τῶν 'Αχαι-
ῶμ μένῃ κύρια διόλου καὶ μηθ[ε. . . . . . γεγενημέ-
νας καὶ πρότερον κρίσιος Μεγ[αλοπολίταις καὶ Λακεδαιμονίοις
ὑπὲρ ταύτας τᾶ]ς χώρας ὑπὲρ ἃς [νῦν. . . . .
. . . . ραι πρόδικον. . . . .
. . . . ε τὰ κατακολου[θοῦντα. . . . . . .
. . . . ἐμ Μεγάλαι πόλει. . . . .
. . . . ἐν τῶι ἀσύλ[ωι. . . . .
. . . . ἐν αἷς εὐτυχε. . . . .
. . . . τῶν συμμάχων αἱρε. . . . .
. . . . ων ἐπιτρε. . . . .
. . . . αι τὰ ἐν Λακ[εδαίμονι. . . . .
. . . . ὅρος τᾶς χώρας ἀπὸ. . . . .
. . . . Μεγαλοπο]λιτᾶν ἀριστίνδαν κ[αὶ πλουτίνδαν
. . . . . . τὰν Βελμινᾶτ]ιν καὶ τὰν Αἰγῦτιν [πρὸ τοῦ τοὺς Ἡρα-
κλειδὰς εἰς τὰν Πε]λοππόνασον κατελθεῖν καὶ [τὸν ὠμόσαντες οἱ δικασταὶ
ἐδ]ίκασαν καὶ τῶν δικασάντων τα . . . .
. . . . . ιεῖς καὶ οἱ παρόντες Λακε[δαιμονίων. . .
. . . . μάλιστα μὲν εἶναι. . . . .
. . . . τὰ κριθέντα παρ' αὐτοῖς μηκ[έτι. . .
. . . . τῶν ἀλλ' ὅρον ἔχοι τοῖς ποθ' αὐτ. . .
. . . . . ἐγνωκότες δὲ ἐκ τῶν παρατεθέ[ντων ἁμῖν παρ' ἀμφοτέρων
. . . . . καὶ τοὺς 'Ρωμαίους, τοὺς προεστα[κότας τᾶς Ἑλλάδος
. . . . εὐνοίας ὅ κα παρεγενέθησαν. . . . .
. . . . ὑπὲρ ταύτας τᾶς [χῶρας. . . . . . .
. . . . διοτι ἀεὶ τ. . . . .

. . . . οῦν καὶ. . . . .
. . . . μας πολι. . . . .
. . . . χρίσεις πα. . . . .
. . . . ζα]μίαν ἂν ἐζ|αμίωσαν. . . .
. . . . δικον εἶμεν. . . . .
. . . . καὶ Λακεδαιμον. . . . . . .

VI. Arcades et Elei.

Pausanias auctor est Pyttalum ab Arcadibus et Eleis, de agrorum fine disceptantibus, arbitrum electum fuisse.

— Paus., VI, 16, 8.
— Anno incerto circa 572.

VII. Elei et Lepreatae

Cum Lepreatae quondam bellum cum quibusdam Arcadibus gessissent, Elei ad illius belli societatem a Lepreatis acciti sunt, ea conditione ut dimidiam partem Lepreatici agri obtinerent; finito bello, Elei Lepreatis totum agrum tradiderunt sed talenti multam imposuerunt, quod Olympio Jovi quotannis penderetur, et ad bellum usque peloponnesiacum Lepreatae persolverunt. Deinde, cum persolvere desiissent, Elei illos urgebant : hujus controversiae cognitio Lacedaemoniis commissa fuit; at Elei, suspicati se suum jus non obtenturos, arbitrio omisso Lepreatarum agrum vastaverunt; Lacedaemonii vero multo magis Lepreatas liberos esse et Eleos injuste fecisse pronuntiarunt. Eleis arbitrio stare nolentibus, praesidium Lacedaemonii Lepreum miserunt. Tunc Elei, existimantes urbem quae a se defecisset a Lacedaemoniis receptam, et pacis conditionem proferentes, in qua disertis verbis erat ut singuli sociorum quae belli Attici initio possidebant, haec retinerent, ad Argivos defecerunt.

— Thuc., V, 31.
— Anno circa 431-430.

VIII. Elei et Pisaei.

Demophontes Pisae tyrannus multis ac gravibus incommodis Eleos affecerat; eo mortuo, quod nihil egerat de publico civitatis consilio, facile Elei adducti sunt, ut de iis quas acceperant injuriis aequo jure cum Pisaeis disceptarent. Tunc inter eos conventum est ut, quum civitates id temporis in Elea sedecim vigerent, singulae feminam unam eligerent, quae tum aetate, tum vitae ac generis dignitate ceteras anteire videretur, atque ut his electis feminis omnium controversiarum arbitrium permitteretur. Quae quidem Pisaeis et Eleis pacis conditiones tulerunt.

— Paus., V, 16, 5.
— Anno incerto post Ol. 48, circa 580; Paus., VI, 22, 3.

VIII [2]. Elei et Cyllenaei.

Apud Graecos proverbium erat : Βούνας δικάζει. Si Plutarcho credendum, Bounas Atheniensis fuit qui arbiter electus ab Eleis et Καλλιωναίοις (?) distulit pronuntiationem usque ad mortem. Quod quidem parum fide dignum mihi videtur.

— Plut., *Proverb.*, 23.

IX. Argivi et Lacedaemonii.

De Cynosouria terra in confiniis posita, Lacedaemonii et Argivi semper contendere. Cum Phidon apud Hysias Lacedaemonios fugavisset, totam maritimam Peloponnesi oram a Nauplia ad Maleas usque occupavit (an. 669; Paus., II, 24, 7). Spartani autem, per idem illud tempus quo Croesus legatos in Graeciam mittebat, bellum renovant et Cynosouriam Argivis ademptam habent. Cum ad opem ferendam adempto suo territorio adcurrissent Argivi, in colloquium

convenerunt cum Lacedaemoniis, pactique sunt ut trecenti utriusque civitatis pugnarent et utri superiores excessissent, eorum regio foret : qua quidem in pugna in cassum Argivi victores fuerunt, namque Lacedaemonii Cynosouriam tenuere.

I. Anno 420, post xxx annorum pacem exactam, Argivi legatos Lacedaemonem mittunt, quibus conditionibus foedera sibi fieri possint : ac primum postulant ut vel civitatis vel privati alicujus arbitrio permitteretur controversia de Cynosuriis agris; sed nullam de his mentionem facere Lacedaemonii sinunt.

— Thuc., V, 41; V, 59.

II. Duobus autem post annis, Argivi relicta Mantineorum et Eleorum Atheniensiumque societate, foedera cum Lacedaemoniis iniunt, quae facta sunt in haec verba : « Lacedaemoniis et Argivis placuit, ut foedera et societatem inter se habeant in annos quinquaginta, conditionibus paribus et similibus, judicia subeuntes patriis moribus. Caeterae vero civitates, quae sunt in Peloponneso, horum foederum atque hujus societatis participes sunto, liberae, suique juris, suumque agrum obtinentes et patriis institutis judicium pari similique jure subeuntes.. Si quae vero controversiae ortae fuerint inter duas socias civitates, sive de agri finibus, sive de quadam alia re, judicio dirimantur. Si qua autem civitas cum alia contendat, ad civitatem aliquam eant, quamcumque utrisque aequam esse visum fuerit... »

— Thuc., V, 79.
— Anno 418.

X. Achaei et Argivi.

Aristomacho, Argivorum tyranno, a servis suis obtruncato, Aratus Achaeos, quotquot in promptu habet qui arma ferre possint, colligit Argosque advolat, ad δημοκρατίαν Achaeorumque societatem Argivos se inducturum sperans. Sed cum multitudo ex assuetudine libenter serviret dominatumque jam arripuisset Aristomacho tetrior tyrannus Aris-

tippus, ad Aratum nemo transiit atque illi necesse fuit ut se reciperet. Argivi ab Achaeis justitiam petivere quod arma in pace movissent, et eos apud Mantinensium judicium postulaverunt. Quia vero non accurrit ad judicium Aratus, triginta minis damnatus est.

— Plut., *Arat.*, XXV.

— Anno, — quo Aristomachus mortuus est, — 240. « Qui fit ut Aristippus Mantinenses invocaverit? utrum Argivi Achaeique illos arbitros judices elegerint, an illi a Macedonibus judices controversiarum inter Peloponnesi civitates tyrannosque instituti fuerint, non apparet. » — Droysen, III, p. 425, trad. Bouché-Leclercq.

XI. Epidaurii et Corinthii.

De agris quibusdam et de locis Sellanyo Spiraioque Epidaurii et Corinthii litem agebant. Ab Achaeis jussi, Megarenses centum quinquaginta et unum judices miserunt, ex tribus suis tribubus electos, scilicet quinquagenos ex Hylleis et Dymanibus, quinquaginta autem et unum e Pamphylis. Qui ad controversum agrum venerunt et inspectis locis ab Epidauriis steterunt. Corinthiis autem novam litem de finibus agri intendentibus, alteram legationem triginta et unius ex arbitris electorum judicum misere Megarenses, qui utriusque civitatis fines terminosque constituerent.

— 'Εφ. 'Αρχ., 1887, p. 17-18 :

'Ε]πὶ στραταγ[οῦ τῶν 'Α]χαιῶν Αἰγιάλευς, ἐν δ' 'Επιδαύρῳ ἐπ' ἰάρευς το]ῦ 'Ασκλαπι[οῦ Δι]ονυσίου κατὰ τάδε ἔκριναν τοὶ Μεγαρεῖς τοῖς 'Επ]ιδαυρίοις καὶ Κορινθίοις περὶ τᾶς χώρας ἂς ἀμφέλλεγον καὶ περ]ὶ τοῦ Σελλανύου καὶ τοῦ Σπιραίου κατὰ τὸν αἶνον τὸν τῶν 'Αχαι]ῶν δικαστήριον ἀποστείλαντες ἄνδρας ἑκατὸν πεντήκοντα ἕνα], καὶ ἐπελθόντων ἐπ' αὐτὰν τὰν χώραν τῶν δικαστᾶν καὶ κρινάντων 'Επιδαυρίων εἶμεν τὰν χώραν, ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Κορινθίων τῶι] τερμονισμῶι, πάλιν ἀπέστειλαν τοὶ Μεγαρεῖς τοὺς τερμονιξ]οῦντας ἐκ τῶν αὐτῶν δικαστᾶν ἄνδρας τριάκοντα καὶ ἕνα κατὰ τ]ὸν αἶνον τὸν τῶν 'Αχαιῶν. Οὗτοι δὲ ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν χώραν ἐτερμόνιξαν κατὰ τάδε :

Anno : Achaeorum societatem Megarenses inierunt anno 243 et anno 223

deseruere. Judicium autem exactum est cum Aigialeus Achaeis praetor esset. Aratus praetor fuit altero quoque anno 243, 241, 239, usque ad 227, dein anno etiam 224; Lydiades, Aristomachus et Hyperbatas et Timuxenos annis 234, 232, 228, 226 et 225 : quo fit ut annis tantum 241, 239, 237, 235, Aigialeus praetor esse potuerit.

XII. Corcyraei et Corinthii.

I. Colonias postquam Corcyraei, Corinthiorum coloni, in Ionium et Adriaticum mare deduxerunt, Corinthii in Corcyraeorum coloniis jura sibi vindicaverunt quae in coloniis metropolis habere solet. Ac primum de Leucade discordia orta, Themistoclem Atheniensem Corcyraei et Corinthii judicem ceperunt, qui inimicitias diremit judicavitque ut viginti talenta Corcyraeis Corinthii penderent et utrique Leucadem communem possiderent coloniam.

II. Non multis deinde post annis, altera de Epidamno controversia nascitur. Corinthii naves triginta et tria militum gravis armaturae millia paranda decernunt. Postquam vero Corcyraei hunc apparatum audiere, Corinthum legatos miserunt, Lacedaemoniorum Sicyoniorumque legatis sibi adjunctis : Corinthios jubent praesidia et colonos Epidamno deducere; quod si eam sibi Corinthii vindicare pergant, in Peloponneso apud illas civitates, de quibus inter utrosque convenerit, jure disceptare volunt; utris autem colonia fuerit adjudicata, hos ea potiri; atque etiam oraculo Delphico rem committere sunt parati. At Corinthii nihil horum facere voluerunt; unde bellum Peloponnesiacum exortum.

— De Leucade : Plut., *Themist.*, XXIV. Quo autem anno, non facile definias : post Salaminensem pugnam (479) et ante Themistoclis exsilium (471) quaerendum est.

— De Epidamno : Thuc., I, 28; anno 435.

XIII. Segestani et Selinuntii.

Post Atheniensium in Sicilia cladem, Segestani quod societatem cum Atheniensibus contra Syracusanos junxissent, in magno erant metu ne commissorum in Siculos poenas luerent. Quare cum Selinuntii de territorio aliquo ambiguo bel-

lum ipsis facerent, ultro cesserunt veriti ne hanc nacti occasionem Syracusani arma cum Selinuntiis jungerent. Ubi vero Selinuntii, praeter controversam agrorum partem, magnum quoque finitimae regionis tractum auferebant, Segestani, missis Carthaginem legatis, auxilio sublevari se petunt urbemque fidei Carthaginiensium commendant. Carthaginienses Hannibalem in Siciliam deligunt. Qui legatos una cum Segestanis ad Syracusanos mittit, totum litis arbitrium illis permittens; verbis aequum et bonum prae se ferens, re autem ipsa hoc sibi persuadens, si cognitionem illam Selinuntii detrectent, fore ut a societate illorum Syracusani discedant. Cum Selinuntii igitur, missis etiam suis legatis, disceptationem illam non admitterent, Syracusanis societatem cum Selinuntiis tuendam, pacem vero cum Carthaginiensibus colendam sciscere placuit.

— Diod. Sic., XIII, 43.
— Anno, — archonte Athenis Glaucippo, — 410.

CAPUT SECUNDUM

GRAECIAE CONTINENTIS CIVITATES.

XIV. Pagaei et. . . . .

Cum Pagaei et altera ignota civitas de agris controversarentur, quinque Achaei et unus aut plures Sicyonii, judices electi, a Pagaeis stetere.

— 'Αθην., II, p. 479 ; C. I. G. S., 188 ; sic restitui potest hic titulus :

. . . .
. .. . [ὁ δᾶμ
μος τῶ[ν. . . . . εἵλον-
το δικασ[τὰς. . . . . οἵτινες διαβου-
λεύσοντ[αι. . . . .
πε περὶ τὸν. . . . . [ἑλομένων δὲ τῶν 'Αχαιῶν
Στράτιον Λα. . . . .
Λασθένεος. . . . .
Ξίδαν Σατύρου. . . . .
Ἄρχιππον 'Αριστα. . . . . [Σθέ-
νωνα Σθένωνος Καλ. . . . .
τᾶς δὲ τῶν Σικυωνίων [πόλιος ἑλομένης. . . .
ξενον Σωτίμου διὰ τὰν ὑ. . . . . [οἵτινε-
ς ποτὶ τὰν πόλιν ἁμῶν π[αραγενόμενοι καὶ ἐπ' αὐτοὺς τοὺς τό-
πους τοὺς ἀντιλεγομένους. . . . .
τὰν εὔνοιαν τᾶι πόλει ἁμῶν. . . . .
καὶ τᾶς πόλιος τῶν Σικυωνίων αω. . . . . . .
τῶν ἀνδρῶν δικαίως καὶ εὐόρκως · ἔδοξ[ε τῶι δάμωι ἐπαινέσαι τοὺς
ἄρχοντας τῶν 'Αχαιῶν καὶ τοὺς 'Αχαιοὺς [ὅτι τοὺς φίλους και εὐνο-
οῦντας τῶι ἔθνει οὐκ ἐνκαταλείποντι. . . . . .
διασωίζοντι ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνο[ις · ἐπαινέσαι δὲ καὶ τὰν

πόλιν τῶν Σικυωνίων ὅτι διαμένει καὶ δι[ατελεῖ φιλίαν ἔχουσα καὶ εὔνοιαν διὰ παντὸς ποτὶ τὰμ πόλιν ἁ[μῶν · ἐπαινέσαι δὲ καὶ καὶ τοὺς ἀποσταλέντας ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν Σικυωνίων καὶ βοηθήσαντας τᾶι πόλει εὐνόως κατὰ τὸ δίκαιον κ. . . . τιαν καὶ ἀναγράψαι ἐν τὰν αὐτὰν στάλαν ἐν ἇι κ[αὶ αἱ τιμαὶ τοῖς Ἀκαρνα]νεσσι · εἶναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἀτέλειαν ὧν τε [ἐσάγοντι καὶ ὧν ἐξάγον]τι καὶ ἐν τοῖς ἄγωσι προεδρίαν καὶ ἐξουσία[ν τοῦ συναγωνίζεσθαι πάντεσσιν οἷς τίθεντι Παγαῖοι · δίδοσθαι δὲ [αὐτοῖς καὶ ἀντίγραφον τοῦδε τοῦ ψηφίσματο]ς ὅπως εἴδωσι πάντες. . .

. . . .

— Anno incerto alterius — e scriptura —, saeculi.

XV. Athenienses et Megarenses.

Cum Athenienses et Megarenses, diuturno et gravi bello de Salaminiorum insula gesto, arbitros et judices Lacedaemonios sumpsissent, hanc causam disceptaverunt quinque Spartiatae, Critolaidas, Amompharetus, Hypsechidas, Anaxilas, Cleomenes. Solon quidem Atheniensium causam defendit, Hereas autem Megarensium. Ac Homeri auctoritatem plerique tradunt fuisse Soloni suffragatam. Nam quum versus fictos in recensu navium interjecisset, in judicio recitasse haec carmina dicitur :

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Haec Athenienses pro vanis ducunt; Solonem vero planum fecisse aiunt judicibus, Philaeum et Eurysacem, Ajacis filios, civitate ab Atheniensibus donatos, ipsis hanc insulam tradidisse. Quo magis autem Megarenses revinceret, asseruisse de defunctis, quod non ita ut illi, sed ut ipsi, humarentur. Mortuos enim Megarenses condunt ad orientem obversos, Athenienses ad occasum. — Cui reclamans Heraeus ait Megarenses quoque ad occasum cadavera collocare, et, eo jam majus insuper indicium, singulos loculos habere Athenienses, Megarenses autem ternos et quaternos singulis locu-

lis condi. At Soloni etiam oracula quaedam Apollinis, quibus Salamina ille deus Ioniam appellavit, dicuntur suffragata esse.

— Plut., *Solon.* X; Ælian., *Var. Hist.*, VII, 19; Diog. Laert., I, 48.
— Anno incerto incipientis saeculi sexti. « Erat jam vel hinc (ἀπὸ τούτων, i. e., ab hoc Megarensium Atheniensiumque discrimine) celeber Solon et inclytus; majus tamen nomen et clarius apud Graecos sibi paravit, cum causam defendit templi Delphici, esse ei succurrendum nec permittendum ut Cirrhaei profanarent oraculum. » Plut., *Solon.*, XI.

XVI. Athenienses et Mytilenaei.

Sigeum Pisistratus Mytilenaeis eripuerat et tyrannum ibi constituerat filium suum nothum Hegesistratum. Nec vero citra belli discrimen tenuerat ille regionem a patre acceptam; diu enim inter se Mytilenaei et Athenienses armis decertarunt, illi quidem suam repetentes dicionem, Athenienses vero negantes illorum esse et rationibus arguentes nihilo magis ad Æolenses pertinere Iliadis dicionem, quam ad se et ad reliquos Hellenes qui cum Menelao ulti essent Helenae raptum. Mytilenaeos vero et Athenienses reconciliavit deinde Periander, Cypseli filius, quem suarum contentionum arbitrum utrique constituerant; conciliavit autem hac ratione, ut utrique eam tenerent regionem, quam possiderent. Ita Sigeum sub Atheniensium venit potestatem.

— Herod., V, 95 : Strab., XIII, p. 600; Diog. Laert., I, 74.
— Anno incerto desinentis VII saeculi, vel potius incipientis VI. Euseb., anno 1410, Ol., 43, 3, Pittacus Mitylenaeus Phrynonem Atheniensem interfecit. Clinton, *Fast. Hellen.*, I, p. 218, ann. 606 hanc pacem intervenisse putat.

XVII. Athenienses et Spartiatae.

I. Pericles in sua ad Athenienses oratione Lacedaemoniis vitio vertit quod « cum constitutum esset ut de rebus controversis judicio vicissim inter nos disceptaretur, nec ipsi adhuc postularunt judicium, neque a nobis oblatum accipiunt. »

— Thuc., I, 140.

II. In hoc foedere, cui nomen Niciae Pax datum est, hoc fuerat conventum ut, si qua controversia inter Athenienses et Spartiatas vel utrorumque socios oriretur, jure agerent et jurejurando et conventis quae fecissent.

— Thuc., V, 18.
— Anno, 421.

III. Sed quotiens oriebatur controversia de aliqua conditionum, quae in foederibus erant dubiae, ad judicium a Lacedaemoniis provocati Athenienses arbitrium permitti cuiquam abnuebant.

— Thuc., VII, 18.

IV. Cum autem temporibus Agesipolidis, Pausaniae filii, Athenienses ad Megarensium judicium rem provocarent : « Turpe est, inquit Agesipolis, principibus Graeciae minus esse jus notum quam Megarensibus. »

— Plut., *Apopht. Lacon.*, p. 215.
— Anno incerto, temporibus Agesipolidis 395-380 : cum autem anno 390 Agesipolis cum Atheniensibus in Argolide bellum gesserit, censere possumus hanc negotiationem ante pugnam quae ad Nemeam acta fuit tentatam fuisse, anno 390. Ab Errico Sonne plurime dissentio, qui (p. 12) responsum Agesipolidis a Plutarcho fictum arbitratur : « Idem (Plutarchus) addit rem minime credibilem, illum abnuisse, quod turpe ratus esset principes Graeciae juris imperitiores esse Megarensibus. » Verisimile contra hoc responsum apparet, si memineris Athenienses in multis antea occasionibus,— quotiens oriebatur controversia (vide supra) — arbitrium cujusquam abnuisse.

XVIII. — Athenienses et Thebani.

Bello a Thebanis pressi, Plataeenses primum Lacedaemoniis sese tradiderant. Illi autem, non tam quod Plataeensibus bene vellent quam quod cuperent fatigari Athenienses laboribus belli cum Boeotis gerendi, Plataeensibus suaserunt ut Atheniensibus potius sese traderent, quod Athenae finitimae ad tutandum magis validae essent. Consilium Lacedaemoniorum secuti, Plataeenses Atheniensibus sese commendaverunt. Quo cognito, Thebani arma intulerunt Plataeensibus et Athenienses auxilio illis venere. Sed cum

in eo essent ut consererent pugnam, id fieri non passi sunt Corinthii; hi enim cum forte adessent, arbitrio suo rem permittentibus utrisque, pacem conciliarunt, finibus regionis ita constitutis ut Thebani Boeotis, qui Boeotorum communi segregari vellent, nihil impedirent. Hoc constituto, Corinthii abierunt. Athenienses vero, domum redeuntes, ex improviso aggressi sunt Boeoti, sed commissa pugna superati sunt. Quo facto, Athenienses fines a Corinthiis constitutos transgressi, ipsum Asopum finem inter Thebanos et Plataeenses statuerunt.

— Herod., IV, 108.

— Anno 520. Thucydides enim, III, 55 et 68, annos XCIII numerat inter Plataeensium ad Athenienses transitum, et ejusdem civitatis a Spartiatibus eversionem; anno autem 427 Plataeae eversae sunt.

XIX. Athenienses et Boeoti.

Lite quadam inter Athenienses et Boeotos exorta, Lamienses arbitri eliguntur.

— C. I. A., II, 308; Dittenb., nº 139.

Ἐπὶ Θερσιλόχου ἄρχοντος ἐ[πὶ τῆς. . . . . τί-
δ]ος δευτέρας πρυτανείας, ἧ[ι Διόδοτος Δ-
ιογνήτου Φρεάρριος ἐγραμμ[άτευε Μετα-
γειτνιῶνος δωδεκάτηι, δωδε[κάτηι τῆς πρ-
υτανείας · ἐκκλησία κυρία · τῶ[ν προέδρων
ἐπεψήφιζεν Πυθογένης Γλαυ[κίππου Ἀλω-
πεκῆθεν καὶ συμπρόεδροι ·
ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶ[ι δήμωι
Καλαίδης Καλαίδου Ξυπεταιὼν [εἶπεν · ἐπε-
ιδὴ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ [τοῦ κοινο-
ῦ τοῦ Βοιωτῶν σύμβολον προσποιησαμ[ένων πρὸ-
ς ἀλλήλους καὶ ἑλομένων ἔκκλητ[ον τὴν Λα-
μιέων πόλιν, ἀνεδέξατο καθιεῖ[ν τὸ δικασ-
τήριον καὶ νῦν οἱ ἀποσταλέντε[ς ὑπὸ τῶν Λ-
αμιέων ἐπὶ τὰς δίκας ἀπο[φαίνουσιν. . . . .

— Anno 289-288, Thersilocho archonte.

XX. Athenienses et Delii.

I. Inter Delios et Athenienses, ob templi Delii administrationem controversia exorta, Pausaniam Cleombroti filium discrevisse Plutarchus (*Apopht. Lacon.* 230) tradit. Quod quidem Boeckhio (1) incertum apparuit, cum nec Delii post Salaminensem pugnam contra Athenienses causam agere ausuri fuissent, nec Pausanias hoc tempore, quo Athenienses Delo potirentur, ea fama apud Graecos esset ut quis eum arbitrum eligeret. Immo Pausanias Plistoanactis filius auctori obversatus esse videtur atque res hæc fuit. Anno 422 Delii ab Atheniensibus expulsi et oraculi delphici monitu anno 421 restituti, templi administrationem, quam Athenienses tenebant, affectabant. Illis de insulae suae jure disputantibus ac dicentibus lege apud ipsos receptum esse ut neque pariant in insula mulieres neque mortui sepeliantur : « Et quomodo, respondit Pausanias, Delus patria vestra sit, in qua neque natus est quisquam vestrum neque erit post mortem? »

II. Lacedaemoniorum deficiente benevolentia, Delii studium illud non omiserunt sed in tempus opportunius rejecere. Hoc nacti esse sibi visi sunt cum Philippus, Macedonum rex, anno 346 inter Amphictyonas receptus esset. Sperantes enim Philippum ipsos prompto animo adversus Athenienses adjuturum esse et fortasse ab illo ipso provocati, rem ad Amphictyonas detulerunt. Tum populus Atheniensis Æschinem designavit, qui in Amphictyonum conventu ageret; Areopagus autem Æschinem mitti noluit, sed Hyperidem. Hyperides tunc suam Deliacam orationem composuit, cujus fragmenta perrara et informia tantum exstant : « Inter sententias omnium gravissimae sunt, inquit Hermogenes, quae de diis proferuntur. Apud oratores tamen has minime repereris; nam vel ea quae in Deliaca oratione Hyperides habet poetice potius quam mythice dicta sunt. » Cum hac Her-

(1) *Abhandl. der Kön. Ak. Berl.*, 1834, p. 8; cf. *Orat. Attic.*, ed. Didot, II, p. 392.

mogenis opinione valde congruit hoc Hyperidis fragmentum apud Planudem : « Demonstraturus Hyperides jam inde ab antiquo ad Athenienses pertinere sacra Deliaca multa profert mythica, ita dicens : Fertur enim Latona, e Jove gemellis gravida, a Junone terra marique agitari, jamque defessam inque discrimine versam in nostram venisse terram ibique zonam solvisse in loco qui nunc Zoster vocatur. »

III. Hyperidem vicisse ex eo intelligimus, quod Athenienses etiam postea templi dominos fuisse tituli plurimi nos docent. Attamen hanc litem renovasse plus semel Delii videntur : plures enim orationes deliacae habitae sunt, sed quo tempore non constat nec quibus coram judicibus (1). Gregorius Corinthius verba aliquot nobis servavit deliacae orationis quam Polyxenus quidam egit (2).

— Plut., *Apopht. Lacon.*, p. 230; Dem., *Pro Coron.*, 134; Hyper., *fragm.*, Orat. Att., II, p. 392; *Vit. X Orat.*, p. 849.

— Anno Boeckhius hoc factum esse dicit 345; si Schaefero, *Demosth. und seine Zeit*, II² p. 373, credendum, anno 343.

XXI. Philippus et Athenienses.

I. Insulam Halonnesum, quae, quamvis antiquitus Atheniensium esset, a latronibus tenebatur, Philippus ejectis latronibus occupavit. Athenienses eam repetiverunt, sed repetentibus reddere quod suae legitimae potestatis esset Philippus abnuit; daturum autem se petentibus pollicebatur aut de his rebus se velle judicio experiri dicebat; senatui tandem populoque Atheniensium epistolam scripsit ut aequo et communi judicio arbitrium permitterent. Suadente Hegesippo, ut videtur, Athenienses recusavere : « Cum dicit se de his velle judicio experiri, nihil aliud agit nisi vos deridet, postulans ut Athenienses cum eo qui Pella oriundus est de insulis apud judicem ambigant, utrum vestrae an illius sint. Nam ubi vestra potentia, quae Graecos in libertatem asseruit, maritima loca tueri non poterit, judices, ferendae sententiae

(1) Sauppe, *Orat. Attic.*, ed. Didot, II, p. 392.
(2) Sauppe, *Orat. Attic.*, II, p. 475.

domini, quibus rem permittatis, hi vobis ea conservabunt, si tamen a Philippo largitionibus non corrumpentur! »

— Hegesip., *de Halonnes.*, p. 78, 7; p. 85, 36; *Ep. Philip.*, p. 162.
— Anno : 342.

II. Hoc iterum ac saepius arbitrium postulante Philippo, semper recusavere. Mox illorum socii Peparethii Halonnesum insulam fugatis Macedonibus recuperaverunt. Legatos Philippus misit ut insulam a Peparethiis praesidariosque milites, qui ibi capti fuerant, reposceret; incassum. Eo porro progressae sunt inimicitiae ut Peparethum invaderet et severam ultionem exigeret, Athenienses autem duci suo mandarent ut illum Peparethiorum nece ulcisceretur; idcirca, cum naves in Hellespontum perducere cuperet Philippus, coactus est eas per Chersonnesum cum exercitu comitari. Iterum senatui et populo Atheniensium legatos ex omnibus sociis electos mittit, ut testes uno et judices sint controversiae; legatorum Athenienses ne orationem quidem admiserunt. Tunc scripsit Philippus : « Considerate utrum honestius sit verbis an armis lites finiri et utrum magis deceat ut ipsi arbitri simus an vero ut aliis arbitrium deferamus; reputate etiam quam absurdum sit quod Athenienses Thasios et Maronitas ad litem de Stryme disceptatione finiendam cogant, ipsi autem ea de quibus ambigimus mecum ad hunc modum non transigant. »

Hoc judicium acceptandum dissuasere Demosthenes caeterique oratores, ullum Atheniensibus et Philippo aequum judicem reperiri posse negantes : bellumque denunciatum est.

— Dem. *Ep. Philippi*, p. 162-164; Æsch., *Cont. Ctesiph.*, 83.
— Anno 341-340.

XXII. Thebani et Spartiatae.

Post pugnam Leuctricam, Lacedaemonii et Thebani de rebus, de quibus ambigebant, ad Achaeos arbitrium detulerunt : « neque vero id fecerunt potentiae ratione habita Achaeorum (nam illis certe temporibus minimum hi inter

Graecos poterant) sed fidei potius et probitatis, quam in omnibus rebus prae se ferebant. »

Haec Polybius, Achaeus quidem, scripsit (II, 39, 9). Strabo autem, Polybium secutus, eadem illa iteravit (VIII, 7, 1). At Grotius, *Hist of Graec.*, X, p. 271, dubitat num haec res acciderit : « Though I greatly respect the authority of Polybius, I am unable here to reconcile his assertion either with facts which unquestionnably occurred or with general probability. If any such arbitration was ever consented to, it must have come to nothing; for the war went on without interruption. But I cannot bring myself to believe that it was even consented to either by Thebes or by Sparte. The exuberant confidence of the former, the sense of the dignity on the part of the latter, must have indisposed both to such a proceeding, especially to the acknowledgement of umpires like the Achaean cities, who enjoyed little consideration in 370 B. C. » Suspiciosum sane videri potest primum inspicienti hoc Polybii Achaei testimonium de universa apud Graecos Achaïcae pietatis fideique et religionis fama. Nec dubium quin Strabo Polybium secutus sit, immo in verba ejus juraverit : si enim illius verba cum hujus verbis comparaveris, totum hunc locum a Strabone ferme transcriptum totidem invenies, una tantum differentia, sed maxima quidem. Nam apud Polybium περὶ τῶν ἀμφισϐητουμένων ἐπέτρεψαν Θηϐαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι μόνοις τῶν Ἑλλήνων Ἀχαιοῖς; apud Strabonem contra, non de Lacedaemoniis Thebanisque una agitur, sed de solis Thebanis, μετὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐπέτρεψαν Θηϐαῖοι τούτοις τὴν δίαιταν περὶ τῶν ἀντιλεγομένων ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας. Si Straboni assenties, haud difficile diluentur quae a Grotio contradici potuerunt. Ac primum « the sense of the dignity on the part of Sparta » nullum hic locum habet : Thebani soli arbitrium ad Achaeos detulerunt. Dein « the exuberant confidence of the Thebans » non majoris hic momenti esse debuit quam cum, e pugna Leuctrica vix egressi, Jasonis Pherarum tyranni consilia et intercessionem toleravere. Quod si Achaeos potius, quanquam humiles et ingloriosos et inermes, elegerint, hoc tibi considerandum est illo tempore ceteros omnes totius ferme Graeciae populos et civitates Lacedaemoniorum vel Thebanorum societatem adeptos esse, solos autem Achaeos quietos et neutrius partis medios se gessisse. Adde quod, quanquam humilium et inermium, Achaeorum societas magni ponderis Epaminondae et Thebanis videri potuerit, Peloponnesum ingressuris : ac quemadmodum Hannibal Syracusanis arbitrium inter Selinuntios et Segestanos defert, « verbis aequum et bonum prae se ferens re autem ipsa hoc sibi persuadens si cognitionem illam Selinuntii detrectent, fore ut a societate illorum Syracusani discedant » (Diod. Sic., XIII, 48), non alia ratione Epaminondas sperare potuit Achaeos a societate Lacedaemoniorum aversos et ad suam attractos fore, si Spartani Achaeorum judicium recusaverint.

Non Polybii ergo, sed Strabonis saltem verbis assentior : post Leuctricam pugnam, Thebani litem ad Achaeos deferendam proposuerunt; quid autem evenerit, nescimus : Spartani abnuisse videntur.

XXIII. Tyrrhenses et Cassopaei.

Cum Cassopaei et Tyrrhenses de portu quodam, Panormo

nomine, et adjacente terra cum Aetolis rixarentur, Achaei Boeotique, illorum socii, ad accipiendum externum judicium illos hortati sunt, Megarensesque judices sunt constituti. Achaei Boeotique legatos Megaram miserunt, qui utriusque civitatis causam agerent. Titulus Pagis inventus, sententiam continens, tam graviter mutilus est ut quid evenerit discerni non possit.

— **Lebas et Foucart, nº 17; C. I. G. S., 188.**

X] ά ρ ι [τ ε ς
aut
Μ ε γ] α ρ έ [ω ν

. . . . .ἐπὶ] βασιλέος Ἀπολλωνίδα, μηνὸς Παν[άμου. . .
ἐπὶ δὲ γραμμ]ατέος τοῖς Ἀχαιοῖς Στράτωνος, μη[νὸς. . . .
. . . . . .τ]ου̣ Θεδώρου, Πύθωνος τοῦ Πυθοδώρου. . .
. . . . . . .ος τοῦ Καλλιγείτου · Ἐπειδὴ ἂν. . .
. . . . . . .ν τοῦ τε λιμένος τοῦ Πανόρμου καὶ. . .
. . .ἀπέστειλ]αν οἵ τε Ἀχαιοὶ καὶ οἱ Βοιωτοὶ ποτὶ τὰ[ν πόλιν. .
. . . . .ά]μῶν, ὅπως ἀποστεἰλωντι ἑκάτεροι [δικαστὰς. . . .
. . .ἄνδρας αἱρε]τοὺς πλουτίνδα καὶ ἀριστίνδα οἵτινε[ς. . .
. . . . . .περὶ τῶν τόπων ὧν ἀντεποιήσαντο Α[ἰτωλοί . . . .
. . . . . .οἵ τε Θυῤῥεῖς καὶ οἱ Κασσωπαῖοι τοὺς Ἀβι .
. . .ἑλομέν]ων δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴγ κρίσιν τοὺς τα. . .
. . . . .Νικ]όστρατον Νικάνδρου, Αἰνησίωνα Μεν. . .
. . . . .Ἀντίφιλον Διοκλέος, Δαμοτίωνα Μ. . .
. .Ἀχαιῶν καὶ ἄνδρας οἵτινες διαβ[ουλεύσονται μετὰ τῶν Θυῤῥεων
καὶ τῶν Κασσω]παίων καὶ βοαθήσοντι αὐτοῖς. . .
. . . . .ίου, Φειδόλαον Δαιτιφάν[του. . .
. . . . .του, Ἀρέαν Πευθέα, Ἐπι. . . . .
. . . . .υ, Μνασικλῆ Ἐπιμ. . . . . .
. . . . .Β]οίσκον Ὀνασίμο[υ. . . . . .
. . . . .Λ]υκίσκου, Αἰγ. . . . . . .
. . . . .Δάμων Πο. . . . . . .
. . . . .ισματ. . . . . . .
. . . . .νι. . . . .

— An. vel 225-220, vel potius 192-146, si Errico Sonne credendum. Foucartii autem opinionem sequor, qui ante 255 hoc arbitrium factum putat, allatis Polybii verbis, II, 43 : « Quinque et viginti primos annos (280-255) Achaeo-

rum urbes rempublicam eamdem coluerunt, scribam communem et praetores duos eligentes; postea placuit unum designare cui rerum summam permitterent »; l. 3., Achaeorum scriba nominatur; cf. C. I. G. S., p. 57.

XXIV. Hypataei et Erythraei

Hypataei et Erythraei ad Thermopylas controversiam de monte aliquo habent, qui a Chaa ad Deram pertinet. Oechalii, ab utraque civitate arbitri electi, quinque judices mittunt montemque Hypataeis attribuunt, quos usurpationis arguerant Erythraei.

— *Mitt. Ath.*, IV, p. 210; Collitz, 1432.

I

Αἰνιαρχεόντων Ἀσκλαπιάδα, Δίω-
νος], Ἀγεμάκου, Ἀριστονόου, Ἀλε-
ξι]μάχου, ἐν δέ Ὑπάται ἀρχόντων
. . . . . Ἀθ]ανάδα, Πολεμάρχου, Δαμ-
. . . . . . .χρίματα, ἃ ἔκριναν Οἰχαλι-
ηίων οἱ] δικασταὶ Νικοκλῆς Πολιά-
ρχου], Σώστρατος Μοιρίχου, Ἀμε-
νινοκλῆ]ς Ἀνδροσθένου, Γοργίας
. . . . ., Ἀριστόδαμος Ἀριστίωνος,
. . . . . .ων καὶ τοῖς ἐνδικαζομέ-
νοις]. . . . Ὀνομάρχωι καὶ τοῖς ἀ-
. . . . .καὶ Πραξ-
. . . . .Κράτωνος Νικέ-
ρωτι, ...Δ]ικαιάρχου, Δαμο-
τέλει Δαμοστράτ]ου, Στρατάγωι
. . . . .Μνα]σίωνος, Νικοδά-
μωι. . . . ., Ἀριστί]ωνι Ἀριστα-
γόρου. . . . . .τος Ἀν. . . . . .
. . . . Εὐθ]υδάμου Δα-
. . . . .ωνι Κ. . . . . .
. . . . .ου Αὐτ. . . . .
. . . . .άχου. . . . .
. . . . .σ. . . . . . .

II

Πόλει Ἐρυθρηίων καὶ τᾶι ἀποδίκωι πό-
λει Ὑπαταίων περὶ τᾶς δίκας ἃς ἐξε-
δίκασαν ὅρεος τοῦ ἐκ τᾶς Χάας ἐπὶ
τὰν Δέραν. . . . .[Οἰχαλί]ας ἔ-
κριναν οἱ δικασταὶ καθὼς οἱ προδικέ-
οντες ὑπὲρ ἑκατέρας τῶν πολίων
σύμφωνοι γενόμενοι ἐκέλευσαν
καταγράψαι τὸ κρῖμα ἀπολελυμ[έναν
εἶμεν τὰν πόλιν τῶν Ὑπαταίω[ν τοῦ
ἐνκλήματος καὶ τὸ ὅρος εν. . .
κλην τᾶς πόλιος τῶν Ὑπατ[αίων
καὶ ὅσα ἐκ τοῦ ἐ[νκλήματος γέ-
γονεν ἀδικήμα[τα. . . . . .τοῖς
Ἐρυθρηίοις, πο
τά τε ὑπόγραφα. . . . . .

—Anno incerto tertii saeculi. Aenianum societas a Flaminino, post redditam Graeciae libertatem, restituta fuisse videtur; Sperchii civitates antea Aetolorum societati subagebantur; ergo post 194 haec controversia nata est; cum autem nulla fiat Romanorum mentio, forsitan ante tertium Macedonicum bellum, anno 171, judicata fuit.

XXV. Melitaeenses et Perenses.

ρων πέντε Εἰδυιῶν Φεβροαρίων · γραφο[μένωι παρ]ῆσαν Λεύκιος Τρεμήλιος Γναίου Καμελλία, Γαίος Ἄννιος Γαίου Καμελλία, Λεύκιος Ἄννιος Λευκίου Πο[λλία · πε]ρὶ ὧν Σάμιοι πρεσβευταὶ Τηλέμαχος Μάτρωνος, Λέων Λέοντος, ἄνδρες κα[λοὶ κ]αὶ ἀγαθοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμο[υ καλοῦ] καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου λόγους ἐποιήσαντο κατὰ πρόσωπον πρὸς Πριηνεῖς π[ερὶ χ]ώρας [καὶ ὁρίων ὅπως ὦσιν] καθὼς Γναῖος Μάνλιος καὶ οἱ δέκα πρεσβευταὶ διέταξαν μετὰ τὸν Ἀντιόχειον πόλεμον · καὶ περὶ ὧν Πριηνεῖς πρεσβευταὶ . . . . .] ρου, Ἀνα . . . . . Ζηνόδοτος Ἀρ . . . . ., [ἄ]νδρες καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ καὶ φίλοι π[αρὰ δήμου κα]λοῦ καὶ ἀγ[αθοῦ] συμμάχου τε [ἡμετέρου λόγους ἐποιήσα[ντο κατ]ὰ πρόσωπον πρὸς Σαμίους περὶ χώρας καὶ περὶ ὁρίων, ὅπως οὕτως ὦσιν καθὼς ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἑκατέρων θελόντων ἔκρινεν · περὶ τούτου τοῦ πράγματο[ς ἀποκρι]θῆναι οὕτως ἔδοξεν · ἡμῖν οὐκ εὐχερὲς εἶναι μεταθεῖναι ὃ ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἑκατέρων θελόντων κέκρικε καὶ ὁρισμὸς πεπόνηται, ἵνα (?) μὴ τούτωι τῶι κρίματι καὶ τούτοις τοῖς ὁρίοις ἐμμείνωσιν · τούτωι τῶι κρίματι καὶ τού[τοις τοῖς ὁρίοις ἐμμένει]ν ἔδοξε · τούτοις τε ξένιον εἰς ἑκάστην πρεσβείαν ἕως ἀπὸ σηστερτίων νόμων ἑκατὸν εἴκοσι Σερούιος Φολούιος Κοίντου ὕπατος τὸν ταμίαν ἀποστεῖλαι κε[λευσάτω καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων [καὶ τῆς ἰδίας πίστεως φαίνη]ται. Ἔδοξε.

— Quo anno unumquodque horum arbitriorum habitum sit si perquiris, hoc mihi verisimile videtur :

I. Anno 330, Alexander mensibus autumni Ioniam transit ac primus litem dijudicat.

II. Anno 320, Philippus Arrhidaeus ab Antipatro ex Asia in Europam reducitur ; Ioniae civitates peragens, Alexandri sententiam confirmat.

III et IV. De arbitriis Lysimachi et Antigoni una inquirendum est, namque in titulis certo annorum numero separantur.

a. Antigoni arbitrium ante exactum est quam Prienenses tyrannidem paterentur, Lysimachi autem decem et quinque annis postquam tyrannidem expulerunt.

Stephanophori	*Eventus*	*Auctor*
Athenagoras		
Makareus	Tyrannis constituta	Sent. Rhod., l. 68.
Lycus (τέταρτος ἀπὸ Μακαρέως)	Tyrannis sublata	id. . . id., l. 86.
Apollon (πεντεκαιδέκατος) ἀπὸ Λύκου	Lysimachi arbitrium	id. . . id., l. 129.

b. Inter Antigoni et Lysimachi arbitria decem et octo anni numerantur. Si quidem Antigonus rex jam regium nomen affectat, ut liquet, non ante 306 ejus arbitrium est collocandum; si contra Lysimachus a civitatibus Ioniae anno 284 expulsus fuit, non post 302 (284 + 18) Antigoni arbitrium collocatur. Ab 306 ad 302 usque Antigoni judicium, a 288 ad 284 Lysimachi haberi potuerunt.

c. Annos 305 et 287 praeferrendos esse hac ratione judico: anno 305 Antigonus, Asiae dominus, classem in Rhodum mittit; tunc culmen adeptus est; deinde enim naves ejus ab Asiatico littore Lysimachus expellit, ejusque filius Demetrius Lysimachi classes impugnat; tunc Prienenses exsules Lysimachum prius, Demetrium deinde (*Sent. Rhod.*, l. 76) contra tyrannum invocant.

V. Antiochus rex, Antiochi filius, sine dubio Antiochus Deus esse videtur, cum solus Antiochorum, Antiochi filiorum, Ioniae dominus fuerit. Cujus in regno, a 261 ad 246, post 258 judicium habitum est, si non potius hoc ipso 258 anno. Tunc enim exacto altero Syrio bello (262-258) libertatem civitates Ioniae condonat (Droysen, trad. Bouché-Leclercq, III, p. 334): hac libertate Samos statim usa, agrum suum repetit et causam ad liberatorem defert.

VI. Ptolemaeus III Evergetes a 247 ad 222 regnat. Sed cum sententia Rhodiorum Λαοδικείωι πολέμωι alludat, — quod quidem verbum, Χρεμωνιδείου πολέμου ad instar formatum, bellum mihi significare videtur inter Laodicem reginam Ptolemaeumque gestum —, post hoc bellum, in quo Ioniae civitates Ptolemaei classem auxiliumque invocaverunt, haec sententia habita est, 247-242. De nomine aegyptii satrapae, qui arbiter fuit, titulus fractus ...τίοχον tantum habet, quod quidem vel Μη]τίοχος vel 'Αν]τίοχον esse potest. 'Αντίοχον praetuli, quod unus ex Amicis Ptolemaei, Antiochus nominatus, post Laodiceium bellum Syriae praetor factus est (Droysen, III, p. 272); quae praefectura tanquam praemio propter bellum in Ionia gestum data ei fuisse mihi videtur.

VII. Pulsis Ptolemaei classibus Rhodii societatem, antiquae atheniensis societatis ad instar, cum insulis civitatibusque Ioniae iniunt: pacem justitiamque inter illas civitates tunc constituere possunt; sed quarto anno 242-239, Ioniam sub Ptolemaeum redactam fuisse Droysen (III, 385) putat; tribus ergo tantum his annis arbitrium Rhodiorum attribuendum est.

VIII. Cn. Manlius anno 189 in Asiam transit Antiochumque debellat: anno tantum insequente, 188, apud Apameam castrum judiciumque collocat ubi causas civitatum cognoscit, Liv. XXXVIII, 25-39; Polyb., XXII, 7.

IX. Servius Fulvius Flaccus anno 619 U. C. consul fuit, i. e. 136.

Haec ergo omnia ita disponenda mihi videntur:

Arbitri	*Annis*
Alexander Magnus	334
Philippus Arrhidaeus	320
Antigonus	305
Lysimachus	287
Antiochus, rex Syriae	258
Antiochus, Satrapes	247-242

Rhodii	242-239
Cn. Manlius	188
Senatus	136

XL. Demetrius et Rhodii

Cum Rhodum Demetrius obsideret, bellum Rhodiis fortiter sustinentibus, Aetolorum communitas, si Diodoro Siculo credendum, Atheniensium autem civitas, si Plutarcho, legatos de pacificatione misit; pax tandem Rhodiis cum Demetrio his conditionibus inita est ut sui juris urbs foret et armorum societatem Antigono praestarent, nisi si Ptolemaeo bellum inferret.

— Plut., *Demet.*, XXII; Diod. Sic., XX, 96.
— Anno, — Pherecle Athenis archonte —, 304.

XLI. Calymnii et Coii.

Cum Calymnii duo cives, Pausimachus et Hippocrates, Coiis pecuniam mutuo dedissent, et fortasse soli Hippocrati pecunia reddita fuisset, Pausimachi heredes, Diagorae cujusdam liberi, litem iniunt. Ac primum Calymniorum civitas ad Coios legationem mittit, cui Coii responderunt a se jam pecuniam redditam fuisse vel Hippocrati vel Hippocratis heredibus. Cum autem Philinus, liberorum tutor vel advocatus, contenderet injuria totam pecuniam soli Hippocrati vel ejus heredibus pensam fuisse Coiosque non erga Diagorae liberos liberari, utraque civitas videtur ad Cnidios legatos misisse, qui interrogarent num judices litis se praestare vellent. Praetoribus suis Cnidii jusserunt omnia jam parare ut causa ab Cnidiis arbitris audiretur. Die pacta, Cnidi causa acta est et Calymnii vicere.

— *C. I. British Mus.*, 299; Dareste, *Bull. cor. hell.*, X, p. 240.

A

[Ἐξορκώντω δὲ τοὶ στραταγοὶ τοὺ]ς δικαστὰς τοὺς δικάζοντας
. . . .

. . . .[ὁ δὲ ὅρκος ἔστω ὅδ- ε · ναὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Λύκ[ιον καὶ τὰν Γᾶν δικασσέω περὶ ὧν τοὶ ἀντίδικοι ἀντώμοσαν κατὰ γ[νώμαν τὰν δικαιοτάτα- ν καὶ οὐ δικασσέω κατά μάρτυρα εἴ κα μὴ [δοκῆι ἀλαθέα μαρτ- υρεῖν οὐδὲ δῶρα ἔλαβον τᾶς δίκας ταύτας ἕ[νεκεν οὔτε αὐτὸς ἐγὼ οὔτε ἄλλος οὔτε ἄλλα ἐμὶ[ν οὐ μαχανᾶι οὐδ- εμίαι · εὐορκεῦντι μέμ μοι εὖ εἶμεν, ἐπιορκεῦντ[ι δὲ τὰ ἐνάντια. Τὰ δὲ ψαφίσματα καὶ τὰς προκλήσις καὶ εἴ τί κα ἄλλο δ[έον ἐγ δα- μοσίου φέρηται, τιθέσθων ἐπὶ τὸ δικαστήριον τοὶ ἀ]ντίδικοι ἑκ- άτεροι ἐσφραγισμένα τᾶι δαμοσίαι σφραγῖδι πόλιος ἑκα[τέρας καθ' ἃ κα ἑκατέρα πόλις ψαφίξηται, καὶ παραδόντω τοῖς στρατ- αγοῖς, τοὶ δὲ στραταγοὶ λύσαντες ἐγδιδόντω ἐς τὸ δικαστήριο- ν πάντα τὰ γράμματα ἀμφοτέροις τοῖς ἀντιδίκοις, τιθέσθων δὲ καὶ τὰς μαρτυρίας ἑκάτεροι πρὶν οὗ λέγεσθαι τὰν δίκαν, λεγέσθω δὲ τᾶς δίκας ὁ μὲν πρᾶτος λόγος ἑκατέροις ποτὶ χόας δεκαοκτώ, ὁ δὲ δεύτερος ποτὶ χόας δέκα, συναγόρους δὲ ἐξέστω ἑκατέροις παρέχεσθαι τέτορας, ἔξεσται δὲ καὶ μάρτυρεν τοῖς συναγόροις · τὰ δὲ ψαφίσματα καὶ τὰς προκλήσις καὶ τὰν γραφὰν τᾶς δίκας καὶ εἴ τί κ- α ἄλλο ἐγ δαμοσίου φέρηται ἀναγινωσκέτω ὁ γραμματεὺς ὅν κα ἑ- κάτεροι παρέχωνται καὶ τὰς μαρτυρίας ἄνευ ὕδατος ὁ δὲ μάρτ- υρ, ὁ μὲν δυνατὸς ἐὼν παρεῖμεν μαρτυρείτω παρέων ἐπὶ τὸ δικ- αστήριον, τοὶ δὲ ἀδύνατοι τῶμ μαρτύρων παραγενέσθαι ἐπὶ τὸ δικ- αστήριον ἐγμαρτυρησάντω ἐπὶ τῶν προστατᾶν ἐν ἑκατέραι τᾶι πόλι τετάρται ἐξ ἰκάδος μηνὸς Βατρομίου ὃν Καλύμνιοι ἄγοντι, Κῶιοι δὲ Καφίσιον, παρεύντων τῶν ἀντιδίκων, εἴ κα χρείζωντι παρῆ- μεν, τοὶ δὲ μάρτυρες ποτομνύντω τὸν νόμιμον ὅρκον ἐπὶ τὰν μ- αρτυρίαν ἀλαθέα μαρτυρεῖν καὶ μὴ δυνατοὶ ἦμεν παραγενέσθαι ἐπὶ τὸ δικαστήριον, τοὶ δὲ προστάται τὰς μαρτυρίας τὰς ἐγμαρτυρηθείσα- ς ἐπ' αὐτῶν ἐπισαμαινέσθω τᾶι δαμοσίαι σφραγῖδι, παρασαμαι- νέσθω δὲ καὶ τῶν ἀντιδίκων ὁ χρείζων · ἀντίγραφα δὲ διδόντω τοὶ προστάται ταυτᾶν τᾶν μαρτυριᾶν παραχρῆμα τοῖς ἀντιδίκοις, ἀποστειλάντω δὲ τοὶ προστάται τᾶμ μὲν ἐν Κῶι μαρτυρηθεισᾶν μαρτυριᾶν πασᾶν ἀν-

σίαν δὲ Νικασιδάμου, Ἀγήσανδρο[ς Εὐδάμου, Τιμαγόρας Πολεμαχλεῦς, [Νικόστρατος Τεισύ[λλου, ...] νδρος Ἑ[κατωνύμου αἱρεθέν[τες ὑπὸ τ]οῦ δά[μου τοῦ Ῥοδίω[ν ἀποφαίνεσθαι περὶ τᾶ]ς χώρα[ς ὑπὲρ ἇς ἀμ[φισβατοῦντι Σάμι]οι ποτὶ Πριανέ[ας, ὡς ποθάκει ἑαυτ]οῖς, καὶ τοῦ φρουρίου ὃ καλεῖται Κ[άριον, ὑπὲρ οὗ ἀμφισβατοῦντι Σάμιοι καὶ Πριανεῖς ἀξιωθέντος τοῦ δάμου ὑπὸ Σαμίων καὶ Πριανέων ἄνδρας ἀποδεῖξαι οἵτινες κρινοῦντι καὶ ὁρίξουντι καὶ ἀποφανοῦνται ἢ συλλύσουντι, δικαιολογησ[αμένω]ν τῶν αἱρεθέντων ὑπὸ μὲν Σαμίων . . . . Σω . . . . . . [τοῦ Ἀγα]θίωνος, [ὑπὸ δὲ Πριανέων] Ἀπολλοδώρου τοῦ Ποσ[ειδωνίου, Εὐφάνευς τοῦ Ἀρτεμ]ιδώρου, Καλλικράτευς τοῦ Ἀπολλωνίου, Παῤῥασίου τοῦ Παῤῥασίου, Μητροδώρου τοῦ Ἀριστοδήμου, Ἀλκισθένευς τοῦ Ἀνύτου · καὶ διακούσαντες αὐτῶν ἔν τε Ῥόδωι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διονύσου, καὶ ἐπὶ τᾶς χώρας τᾶς ἀμφισβατευμέ]νας, ἐφ' ἂν ἐπάγαγον ἁμὲ ἑκάτεροι, καὶ ἐπὶ τοῦ φρουρί]ου, ὃ καλεῖται Κάριον, καὶ ἐν Ἐφέσωι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀρτέμι[δος, ἐπο[ιησάμεθα τὰγ] κρίσιν κατὰ τὰ ὑφ' ἁμῶν ἐφ]εοραμέ[να . . . . καὶ διεκρί]ναμεν . . . [τὸ φρούριον ὃ κα]λεῖται Κάριον κα[ὶ τ]ὰμ [περὶ αὐτὸ χώ]ραν ἐπείμειν Πριανέων · τὰν δὲ ἀπόφα[σιν δόν]τες ὑπὲρ τούτων καὶ ποιήσαντες ἀντίγραφα [δύο] ἐδώκαμεν τὸ μὲν ἓν τοῖς πρυτάνεσι τοῖς Σαμίων Πρωτομάχωι Τρίτωνος, Σιμαλίωνι Εὐφράνορος, Θεομνήστωι Ἰσοκράτευς, Ἡγεπόλει Ἀντιπάππου, Λυσιμάχωι Διονυσίου, καὶ τῶι γραμματεῖ τᾶς βουλᾶς Μενίππ]ωι Κλέωνος, ὡς μὲν Ῥόδιοι ἄγοντι ἐπ' ἱερέως Πρατο[φάνευς, μηνὸς . . . νος . . . . . αι, ὡς δὲ Σάμιοι] [ἐπὶ δαμιούργου τοῦ δεῖνος, μηνὸς . . . . . . νος] [. . . . . αι, τὸ δὲ ἄλλο ἐδώκαμεν τῶι γραμματεῖ] [τᾶς βουλᾶς τᾶς Πριανέων τῶι δεῖνι. . . . .] [. . . . . ἐπὶ στεφαναφόρου . . . . .] ου τοῦ Φιλοτίμου καὶ Λυκίππωι Ἀντιόχου . . . .] . . . .

Ἀ]πολλοδώρου, Εὐφά[νει] Ἀρτεμιδώρου, Διο . . . [Ἀ-
π]ολλοδώρου Ποσειδωνίωι, Σωτ . . . . [τῶι δεῖνι Φι-
λ]ώτα ππαμενον (*sic*), ὡς μὲν Ῥόδιοι ἄγοντι μηνὸς
Παναμοῦ ἐνάται . . . . . ὡς δὲ Πριανεῖς ὑπὸ . . .
λωνο[ς . . . . . . αι. Ἔφασαν δὲ οἱ Σάμιοι . . . .
τὰν Βατ[ινατίδα . . . .
. . . . τοὺς δὲ . . . .
Πριαν[εῖ]ς μετὰ Μελιέ[ων. . . . . πόλιν
μίαν ἔ[χειν], στάσιος δὲ γενο[μένης . . . .
. . . . . πο . . . .
. . . .
τοῦ. . . . . [Μιλη-
σίους . . . . , ...
νος κ. . . . .
. . . Κάριον καὶ Δρυοῦ[σσαν καὶ ἐπε]δείκν[υον ἐν ταῖς
Μαιανδρ]ίου τοῦ Μιλησίου ἱστο[ρίαις κατακε]χωρισμ[ένον διότι
καὶ ἁ]λοιπὰ χώρα ἁ Μελιὰς [ἐπικλαρωθείη] αὐτοῖς ε . . .
μετὰ τὸμ πόλεμον τὸμ Με[λιακὸν . . . . .] σθαι αὐτὰν
παρὰ μὲν Μιλησίων αι [. . . . . τοῖ]ς αὐτοῖς θη . . . [Μ-
αραθήσιον καθὼ[ς] . . . . ον ὑπὲρ αὐ[τῶν
. . . Πανιωνίοις . . . . [παρὰ] δὲ Κολοφωνίων
Ἀναία . . . .
ὑπὲρ τ . . . .
ἐνεφ[άνισαν] . . . . [ἐπέ-
βαλλ[ε. Ἔ]φασ[αν δὲ οἱ Πριανεῖς . . . .
τοῦτο τοῖς . . . . , . .
. . . . [ἐπὶ Μακαρέως στεφαναφόρου
τοῦ μ]ετὰ Ἀθηναγόραν συμφυγεῖν εἰς τὸ Κά[ρι]ον φρουραρχοῦν-
τος ἑν]ὸς τῶν πολιτᾶν καὶ τόν τε φρούραρχον καὶ τοὺς φύλα-
κας] διὰ τὸ αἱρεῖσθαι τὰ τοῦ τυράννου πάντας διαφθεῖραι · καὶ
ὑπὲ]ρ τούτων ἐπεδείκνυον ψάφισμ[α τ]ὸ ἀποσταλὲν ποτὶ
αὐ]τοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν τύραννον καὶ τὰ ψαφίσματα τὰ
ἀποστ]αλέντα ποτ᾽ αὐτοὺς καθ᾽ ὃν καιρὸν ἦσαν ἐκπεπ[τω-
κότες ὑ]πὸ τῶν περὶ τὸν τύραννον καὶ συμπεφευγότες
εἰς τὸ Κάριον, ἃ ἦν ὑπὸ πλειόνων πολίων ἀπε[στα]λμένα · ἐπ-
ε]δείκνυον δὲ καὶ τὸ ψάφισμα ὃ ἔγραψαν ποτὶ τὸν δᾶμον τὸν
Ῥ]οδίων, ἐόντες ἐν τῶι Καρίωι ὑπὲρ τοῦ καταγαγεῖν αὐτοὺς εἰς
τὰν πόλιν, καὶ Πριανέων ποτὶ τοὺς βασιλ[έας Δη]μήτριόν τε καὶ

. . . . . συνέθεντο τὰ Διαγόρα παιδία . . .
. . . Ἀριστόδαμος · Ἀγλαοστράτου . .
. . . . . Καλυμνίων . . .
. . . . . Ἀρατόφαντος . . .
. . . . . συνέ]θέν[το . . .
. τοὶ Καλύμνιοι . . .
τούς τε
. . . .
. . . . . καὶ Καλυμνίων . . .
. . . . . ὡς μέν φαντι λαβόντες . . .
. . . . . Διαγόρα παιδίοις καὶ τῶν . . .
. . . . . ἐν καλεῖν τὰ Διαγόρα παιδία . . .
. . . . πέντε . . . δέκα . . . . .
. . . . . κατὰ τὰ γεγραμμένα ὑφ' . . .
ὧ δὲ καὶ ἀντίγραφα τὰ . . .
. . . . . . πρόδικος . . . . .
. . . . . τὰ Διαγόρα παιδία . . .
. . . . . γεγραμμένων οἳ καὶ . . .
. . . . . δικαστηρίου πρὶν τὰν
. . . .ος εξ. . . . .

— **Anno incerto alterius vel primi saeculi.**

XLII. Mylasii et Stratonicenses.

Cum agros quosdam Mylasiorum vel civitati vel tribui Stratonicenses demere tentarent, ad Senatum romanum causa lata est et Mylasii vicere : ita enim res apparent ex titulo Mylasae reperto, quem jure, ut mihi videtur, E. Sonne, p. 17, restituit ad exemplum laconici alterius tituli (*Bull. cor. hell.*, IX, p. 246).

— ***Bull. cor. hell.*, V, p. 101-103.**
— **Anno incerto post 189.**

[Ἐπειδὴ ὁ . . . ., ἐπεὶ ἡμῶν τῆι πόλει
Στρατονικεῖς ἐκ πόλλου χρόνου ἠμφισβήτουν περὶ τῆς χώρας . . .
καὶ τὸ τελευταῖον εἴσηλθον εἰς τὴν σύγκλητον καὶ μικροῦ τὴν ἀμφισβη-
τουμένη]ν χώραν καὶ ἀπὸ [τῆς σ]υγκλήτου δ[όγματος

τὰν γενομέναν αὐτοῖς ποτὶ Πριανεῖς ἐπὶ Δρυὶ καὶ νίκας κρίσιν ἔχειν καὶ ταύταν τὰν χώραν ἐν ταῖς συνθήκαις αὐτῶν γενέσθαι, ὁρίσασθαι γὰρ ποτ' αὐτοὺς ὡς ὑδάτων ῥοαὶ · καὶ παρείχοντο ἱστοριογράφους τοὺς μαρτυροῦντας αὐτοῖς ὅτι μὲν τὸ Κάριον ἔλαχον μετὰ τὸν Μελιακὸν πόλεμον ὅτε διωρίξαντο ποτὶ τοὺς Πριανέ[ας. . . . .]Εὐάγωνά τε καὶ Ὀλύμπιχον καὶ Δοῦριν, τὸ δὲ Κάριον ἔφασαν ἐὸν αὐτῶν καταλαβέσθαι Πριανέας τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ τ[οῦ Ἱέρωνος τοῦ προσποιησαμένου τὰν τυραννίδα καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐξ οὗ ὁρμουμένους κατατρέχειν καὶ κακοποιεῖν τόν τε Ἱέ[ρωνα καὶ τὰ ὑπάρχον]τα τῷ Ἱέρωνι · αἱρε[θὲν δὲ κατασχόντας ἔτη τρία κατελθεῖν εἰς τὰμ πόλιν ἐκπολιορκηθέντος τοῦ τυράννου τοῦ ἐν τᾶι [πόλει · τὸ δὲ μηκέτι προέσθαι Πριανεῖς ἀλλ' ἔχειν ἔς τε καὶ τὸν νῦν χρόνον [τοὺς ἐκγόν]ους αὐτῶν · τᾶς δὲ χώρας τὸ ἄρξασθαι αὐτοὺς ἐπιβαίνειν καθ' ὃν καιρὸν κατελθόντες [εἰς τὰμ πόλιν ἐπύθοντ]ο δοκιμασίαν πεποι[ῆσθαι πάντας Σαμίους καὶ ἀπογραφὰν τᾶς τε ἐν τᾶι νάσῳ καὶ τᾶς ἐν τᾶι περ[αίαι γᾶς, ὥστε μὴ] γενέ[σθαι ποτ' αὐτοὺς ἀμφισβασίας διὰ τὸ ἐκ πλειόνος χρόνου τὰν ἀπογραφὰν ποιεῖσθαι · λαβο[μένους δὲ Πρια]νεῖς ἐπεμβαίνειν τᾶς χώρας αὐτῶν, ὅθεν ᾤοντο δεῖν ἀποδοθήμειν τὸν ἐξ ἀρχᾶς μὲν ἴδ[ιον αὐτῶν γενομέν]ον κλᾶρον ὕστερον δὲ παραιρεθέντα ὑπὸ Πριανέων · ἁμὲς δὲ θεωροῦντες τοὺς γράψαντας τὸμ [πόλεμον τὸμ] Μελιακόν, καὶ τὰν διαίρεσιν τᾶς χώρας, τοὺς μὲν ἄλλους φαμένους ἐκ τᾶς διαιρέσιος λαχό[ντας Σαμίους Φύγελα, καίπερ ὄντας τέσσερας μὲν Σαμίους Οὐλιάδην καὶ Ὀλύμπιχον καὶ Δοῦριν καὶ Εὐάγωνα, δύο δὲ Ἐφεσίους Κρεώφυλον καὶ Εὐάλκη, Χῖον δὲ Θεύπομπον, οὓς πάντας ἐν ταῖς ἱστορίαις εὑρίσκομεν καταχεχωρικότας διότι ἔλαχον [Σάμιοι Φύγελα, μόνον δὲ ἐν ταῖς ἐπιγεγραμμέναις Μαιανδρίου τοῦ Μιλησίου ἱστορίαις καταχεχωρισμένον διότι ἔλαχον Σάμιοι Κάριον καὶ Δρυοῦσσαν, αἷς πολλοὶ τῶν συγγραφέων ἀντιγράφοντι φάμενοι ψευδεπιγράφους εἶμεν ·

. . . .

μως δὲ ἐπακουσάντες τοῖς ὑπ' ἁμῶ]ν παραινουμένοις συνελύθησαν ἐπὶ τ[ούτοις ὅπως ἁ σύλλυσις ἅδε ἀναγραφήσει ἐ[ν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδᾶνος τοῦ Πορθμίου.

— **Anno incerto tertii vel alterius saeculi.**

XLV. LATII ET OLONTII.

Titulo Deli reperto docemur Latios et Olontios, duas Creticas civitates, Gnosiis arbitrium de omnibus inter utrosque exortis discordiis permisisse.

— ***Bull. cor. hell.*** **III, p. 292; Cauer, 120.**

I

Ἀγαθᾶι τύχαι. Πρειγευσάντων Κνωσίων τᾶς πόλιος ἐπὶ τᾶς πόλεις τάν τε τῶν Λατίων καὶ τῶν Ὀλοντίων καὶ παρακαλεσάντων δόμεν αὐτοῖς ἐξ ἀρχιδίων τὰν ἐπιτροπὰν περὶ ὧν καὶ πρὸ τῶ· ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶι βωλευσαμένοις, ἐπὶ κόσμων Κνωσοῖ μὲν τῶν σὺν Νενναίῳι τῶι Μοψείω, μηνὸς Σπερμίω δευτέραι, Λατοῖ δὲ ἐπὶ τῶν σὺν Διοκλεῖ τῶι Ἡρώιδα, μηνὸς Θιοδαισίω δευτέραι, ἐν δὲ Ὀλόντι τῶν σὺν Μενοντίδαι τῶι Ἀκάσσονος, μηνὸς Ἐλευσυνίω δευτέραι, δόμεν τὰν ἐπιτροπὰν Λατίος καὶ Ὀλοντίος τᾶι τῶν Κνωσίων πόλι περὶ τῶν ἀμφιλλεγομένων αὐτοῖς πόλι πορτὶ πόλιν πάντα περὶ πάντων· καὶ θέμεν στάλαν ἐν ἀμέραις τριάκοντα, Κνωσοῖ μὲν ἐν τῶι ἱαρῶι τῶ Ἀπόλλωνος τῶ Δελφιδίω, καὶ ἐν τῶι ἱαρῶι τῶ Δέραι (1), Λατοῖ δὲ ἐν τῶι τᾶς Ἐλευθυίας, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐν τῶ ἱαρῶι τῶι Ζηνὸς τῶ Ταλλαίω, ἄλλαν δὲ κοινᾶι ἐν Δάλοι ἐν τῶι ἱαρῶι τῶ Ἀπόλλωνος· ὑπὲρ δὲ τοῦδε τῶ τιθεμένω ἐνγρόφω ἐς Δᾶλον, ἀποστηλάντων οἵ τε Κνώσιοι καὶ οἱ Λάτιοι καὶ οἱ Ὀλόντιοι πορτὶ τὸν ἐπιμελητὰν πρειγείαν καὶ γράμματα ἐν ἀμέραις τριάκοντα, ὥστε στᾶσαι στάλαν ἐς ἂν ἀναγράφη [σει] τὰ δεδογμένα· καὶ ταῦτα

(1) C. I. G., 2561 b, l. 62, infra.

ἔστω κύρια. Κρινόντων δὲ οἱ Κνώσιοι ἐν ἑξαμήνωι ἄρχοντος μηνὸς Καρωνίω τῶ ἐπὶ Νενναίωι, ὡς δὲ Λάτιοι ἄγοντι, μηνὸς .αρ.ω βιαρίω, ὡς δὲ Ὀλόντιοι ἄγοντι, μηνὸς Δελφινίω, καὶ κύριοι ἔντων οἱ Κνώσιοι ἀναγράφοντες τὸ γενόμενον κρίμα ἐμ μὲν ταῖς ἐν Κρήται στάλαις ἐν ἁμέραις τριάκοντα, ἐς δὲ Δᾶλον ἐξαποστηλάντων ἐν ταῖς αὐταῖς ἁμέραις · εἰ δέ κα παργένηται ὁ πρειγευτὰς ὁ ἀπεσταλμένος ὑπὸ τῶν Κνωσίων ἐς Δᾶλον κύριος ἔστω ἀγγράφων ἐς τὰν αὐτὰν στάλαν τὸ κρίμα · τὰ δὲ κριθέντα καὶ ἀγγραφέντα ὑπὸ τῶν Κνωσίων βέβαια καὶ κύρια ἦμεν ἐς τὸν πάντα χρόνον, καὶ μηκέτι ὑπολείπεσθαι αὐτοῖς περὶ μηθένος ἔνκλημα μηθὲν παρευρέσει μηδεμίαι · δόντων δὲ Λάτιοι καὶ Ὀλόντιοι τούτω τῶ ἐγγρόφω ἑκάτεροι χέρα τᾶι τῶν Κνωσίων πόλι καὶ αὐτοσαυτοῖς · ἐγγύος δὲ καταστασάντων ἐν ἁμέραις εἴκοσι Κνωσίος διὰ τῶ Κνωσοῖ χρεωφυλακίω ὑπὲρ τούτω τῶ ἐγγρόφω οἵ τε Λάτιοι καὶ οἱ Ὀλόντιοι τοῖς Κνωσίοις ἑκάτεροι ἀργυρίω Ἀλεξανδρείων ταλάντων δέκα ἐφ' ὧι ἐμμενίοντι ἐν τούτωι τῶι ἐγγφρόωι καὶ ἐν τοῖς κριθένσι ὑπὸ τᾶς πόλεως · ὁπότεροι δὲ μὴ ἐμμένοιεν, τὰν πρᾶξιν ἦμεν ἐκ τῶν ἐγγύων καὶ οἱ τῶν Κνωσίων κόσμοι πράξαντες ἀποδόντων τοῖς ἐμμένοντι · καὶ πάντως ἔστω τὰ κριθέντα κύρια · ἔντων δὲ οἱ ἔγγυοι μέστα κα ἁ κρίσις ἐπιτελέσθηι καὶ ἀγγράφηι καθὼς προγέγραπται · εἰ δέ τί κα δόξηι ὕστερον ταῖς πόλεσι Κνωσίοις καὶ Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις ἢ πορτιγράψαι ἢ ἀφελέν, ταῦτα ἔστω κύρια.

II

Ἀγαθᾶι τύχαι. Ἐπὶ Σαραπίωνος ἄρχοντος, μηνὸς Πυανοψιῶνος, ὁ παραγενόμενος πρεσβευτὰς παρὰ τᾶς πόλεος τᾶς Κνωσίων Ἀγησίπολις Ἀγαθάνδρω ποτανέγραψε τὸ ὑποτεταγμένον ψάφισμα συνευεδοκιόντων καὶ τῶν παραγενομένων πρεσβευτᾶν, παρὰ μὲν τᾶς

Λατίων πόλεος Ἀριστάνδρω τῶ Γλαυκία, παρὰ δὲ τᾶς Ὀλοντίων πόλεος Ἰκαδίωνος τῶ Ἀρχικώμω κατὰ τὰ ἀποδοθέντα ποτὶ τὸν ἐπιμελητὰν παρὰ τᾶν πολέων γράμματα.

Ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶι βουλευσαμένοις συνευδοκησάντων καὶ Κνωσίων · ἀμβαλέν, ὑπερθεμένοις κατὰ τὰν ἐπιτροπάν, τὸν προγεγραμμένον χρόνον ἐν τᾶι στάλαι τὸν ἐπὶ Νενναίωι Κνωσοῖ κόσμω καὶ Διοκλεῖος Λατίω καὶ Μενοντίδα Ὀλοντίω · ἐγγράψαι δὲ ὥστε κυρίος ἦμεν κρίνοντας Κνωσίος ἐν μησὶν δέκα δύο, ἄρχοντος μηνὸς Νεκυσίω ἐπὶ Ἀγήμονος Κνωσοῖ κόσμω, Λατοῖ δὲ ἐπὶ τῶν σὺν Κυδάννωι τῶι Ἐνίπαντος, μηνὸς Θεσμοφορίω, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν σὺν Ἀντικλεῖ τῶι Εὐβώλω, μηνὸς Ἀπελλαίω · δόντων δὲ Λάτιοι καὶ Ὀλόντιοι τούτω τῶ ἐνγρόφω ἑκάτεροι χέρα τᾶι τῶν Κνωσίων πόλει καὶ αὐτοσαυτοῖς.

Anno, — Athenis Sarapione archonte, 134.

XLVI. Gnosii et Gortynii.

In Creta, quo tempore Gortynae *cosmus* Cydas erat, Anticalcis filius, Gortynii omnibus modis Gnosiorum vires attenuare cupientes, parte agrorum illis adempta, Lycastium, quod vocant, Rhauciis contribuerunt, et Diatonium Lyctiis. Ea vero tempestate cum venisset in Cretam romana legatio, cujus princeps erat Appius, ut exortas seditiones componeret, postquam de iis rebus apud Gnosios Gortyniosque verba fecissent, persuaderi sibi passi sunt Cretenses, ut liberum Appio et ceteris legatis arbitrium permitterent. Hi, morem gerentes, Gnosiis agrum ademptum restituerunt.

— Polyb., XXIII, 15.
— Anno 184, quo Appius in Cretam cum romanis legatis venit.

XLVII. Hierapytnii et Priansii.

Duae Creticae civitates, Hierapytniorum scilicet et Priansiorum, foedus pacis societatisque iniunt. A vs. 57 usque ad

72 agitur de judicandis litibus Hierapytniorum et Priansiorum. De causis quae inciderant inde a cessante κοινοδικίῳ usque ad hoc foedus quippe quae nondum judicatae fuissent (universa videtur Creta olim habuisse κοινοδίκιον cujus participes singulae civitates dicuntur; hoc autem sublatum fuit), praecipitur ut lites in dicasterio de quo utrique convenerint, judicentur. De causis autem quae post foederis confirmationem accidere possint, ad arbitrum deferantur.

— C. I. G., nº 2556. — Hicks, 172.

ὑπὲρ δὲ τῶν προγεγονότων παρ' ἑκατέροις ἀδικημάτων, ἀφ' ὦ τὸ κοινοδίκιον ἀπέλιπε χρόνω, ποιησάσθων τὰν διεξαγωγὰν οἱ σὺν Ἐνίπαντι καὶ Νέωνι κόσμοι ἐν ὧι κα κοινᾶι δόξηι δικαστηρίωι ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων, καὶ τὸς ἐγγύος καταστασάντων ὑπὲρ τούτων ἀφ' ἇς κα ἁμέρας ἁ στάλα τεθῆι ἐμ μηνί · ὑπὲρ δὲ τῶν ὕστερον ἐγγινομένων ἀδικημάτων προδίκωι μὲν χρήσθων καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει, περὶ δὲ τῶ δικαστηρίω οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις κόσμοι πόλιν στανυέσθων, ἅγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι δόξηι, ἐξ ἇς τὸ ἐπικριτήριον τελεῖται, καὶ ἐγγύος καθιστάντων, ἀφ' ἇς κα ἁμέρας ἐπιστᾶντι ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον ἐμ διμήνῳ, καὶ διεξαγόντων ταῦτα ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων κατὰ τὸ δοχθὲν κοινᾶι σύμβολον.

— Anno incerto tertii vel alterius saeculi. Boeckhius autem foedus hoc tertio saeculo exeunte factum fuisse putat.

XLVIII. Itanii et Hierapytnii.

Itanii Cretenses a patribus acceperant maritimam urbem Itanum, cum agris quibusdam Jovis Dictaei templi conterminis, insulisque parvis quarum una Leuce vocabatur. Cum a vicina Priansiorum civitate lacesserentur, Ptolemaeum Ægyptiorum regem invocaverunt, qui praesides ad tuendam Itaniorum cum urbem tum ceteram possessionem agrosque et insulas misit. Mortuo autem Ptolemaeo Philometore, — anno 246, — præsidibusque in Ægyptum revocatis, Itanii deserti

possessiones tamen suas conservaverunt. Sed in Creta magnum exortum est bellum, — tit., v., 44, — et Priansiorum civitas ab Hierapytniis deleta est, quo factum est ut Hierapytnii Itaniique jam contermini vicinique fierent; inde lites inter Itanios Hierapytniosque. Hierapytnii agros ad Jovis templum deo vindicant, quippe quos Jovi deditos consecratosque, insulam autem sibi, quippe quam hereditariam et a patribus acceptam. Senatus Romanus ab Itaniis invocatur.

I. Quintum jam antea cum legatis senatus miserat ad pacem inter Cretenses Rhodiosque componendam, cf. Polyb. XXXIII, 14, anno urbis conditae 600-601. Hanc Quinti legationem apud Polybium eamdem esse ac illam Quinti Fabii....... quam in titulo nostro reperimus, existimo; hunc Fabium autem alterum ex L. Fabii Maximi Labeonis filiis esse, seu Aemilianum qui antequam consulatum inivit (anno U. C. 587) ad Æginium et Aganas diripiendas et ad Illyrios depopulandos missus est, seu Servilianum qui postea consul, censor et pontifex fuit, si non illorum patrem Q. Fabium Maximum Labeonem qui consul anno U. C. 571 fuit.

II. Fabius litem inter Rhodios et Cretenses composuit; de controversia autem inter Hierapytnios Itaniosque relationem ad Senatum scripsit. Cum inter has civitates bellum exoriretur, Servium Sulpicium Senatus misit qui de re decideret; cujus decisione non contenti, Itanii ad senatum causam provocaverunt. Senatusconsulto civitas Pariorum electa fuit, quae litem judicaret. Tunc Parii in Cretam sedecim arbitros miserunt quorum divisionem titulus in Creta repertus continet. Agros insulamque Itaniis arbitri dederunt.

— Anno 133. Cum enim L. Calpurnius Piso Frugi, Lucii filius, consul fuerit anno 133, L. autem Calpurnius Piso Caesonius, Lucii filius, anno 182, priorem praeferendum esse puto, quod Mommsenus ostendit, *Eph. Epigr.* I, p. 223-226, usque ad 150 *consulem* in graeciis titulis στρατηγὸν ὕπατον versum fuisse, post 150 στρατηγόν; cum v. 10 στρατηγὸν ὕπατον habeas non procul a 150 hic titulus ponendus esse videtur.

— C. I. G. 2561[b].

— C. I. G., 2561 *b*.

. . . πολλ. . . . .
. . . ν]εωκόρου τῆς Ἀρτέμιδος Λευκοφρσηνῆς, Κίλλου τοῦ Δημητρίου, Ἀριστάρχου τοῦ. . .
Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀλεξίωνος, Λυκομήδου τοῦ Εὐπολέμου, Δημητρίου τοῦ Δημητρίου τοu. . . . .
Δημητρίου τοῦ Δημητρίου Ἀναξαγόρου, Δαδούχου τοῦ Ἀπολλοδώρου. . . . .
. . . . τοῦ Τ[ει]μ[άνορ]ος, Ἐπικούρου τοῦ Ἀρτεμιδώρου τοῦ Μοσχίωνος, ... ικράτου τοῦ. . , [Ἀπολ-
λωνιου τοῦ Ἀπολλωνίου, Εὐβούλου τοῦ Ἀλεξίωνος, Βοήθου τοῦ Ἀνδρομάχου, Ἀρτεμιδώρου [τοῦ Δη-
μητρίου, Ἀπολλωνίου τοῦ Διονυσοδώρου, Ἐπικράτους τοῦ Διοκλέους τοῦ Διονυσοκλέους. . . . .
. . . . . κεχειροτονημένων καὶ αὐτῶν ὑπὸ τοῦ δήμου δικάσαι Κρησὶν Ἰτα[νίοις καὶ Ἱερ]απυ-
τν[ίοις κατὰ τὸ γεγον]ὸς ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγμα καὶ κατὰ τὴν ἀποσταλεῖσα[ν ὑπὸ Λ]ευ[κ-
ίου Καλπουρνίου, Λευ]κίου υἱοῦ, Πείσωνος, στρατηγοῦ ὑπάτου, εὐκτὸν μὲν ἦν . . . . . .
. . . . ἡμῶν εἰς μηδεμίαν φιλονεικίαν καὶ πλεοναζο. . . . .
. . . . ιεσθαι, μετ' εἰρήνης δὲ καὶ τῆς παίσης ὁμονοίας. . . . .
. . . . διαφυλάσσειν εὔνοιαν ἐπειδὴ οἱ καιροὶ πολλ. . . . .
. . . . τοὺς συγγενεστάτους εἰς διάστασιν τὴν προα . . . .
. . . . πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν φιλίαι διαλύειν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς. . . . .
. . . . . τῆς παρελ]ηλυθείας ἔχθρας, ὅθεν καὶ τὰ νῦν εἰς τὴν μει. . . . .
. . . . Ἰταν]ίων καὶ Ἱεραπυτνίων · τῆς δὲ συγκλήτου στοιχού[σης ᾗ χρώμενοι ἀεὶ Ῥωμαῖοι πρὸς
ἅπαντας ἀνθρώ]πους ὑπάρχουσιν δικαιοσύνῃ, δούσης κριτὴν αὐ[τοῖς τὸν δῆμον ἡμῶν, πα-
ρακαλέσαντος δ[ὲ περὶ τούτων καὶ τοῦ στρατηγοῦ Λευκίου Καλπο[υρνίου Πείσωνος ἑκατέ-
ραν πόλιν καθό]τι τὰ ἀποδοθέντα ἡμῖν ὑπὸ ἑκατέρων γράμματα περιέχει, ὁ δῆμος ἡμῶν
τοῖς τε ὑπὸ Ῥωμαίων, τῶν κοινῶν εὐεργετῶν διὰ παντός, γραφομένοις πείθεσθαι προαιρούμεν-

ος, μεμνημένος τε τῶν διὰ προγόνων ἀπὸ τῆς ἀρχῆς γεγενημένων ὑφ' ἑαυτοῦ εἰς πάντας Κρηταιεῖς καλῶν καὶ ἐνδόξων, καὶ θεοῦ χρησμοῖς καὶ τῆι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις [συνηθείαι ἀκολουθῶν μετὰ σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἐποιήσατο τὴν αἵρεσιν τοῦ δικαστηρίου ἐν τῆι [ἐκκλησίαι, πόλει ὁμολογῶν ἑκατέραι. Ἀποδειχθέντες οὖν καὶ αὐτοὶ κριταὶ παραχρῆμα ἀναβάντες ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἀρτέμιδος] τῆς Λευκοφρυηνῆς, σφαγιασθέντος ἱερείου ὠμόσαμεν καθ' ἱερῶν, παρόντων τῶν τε [συνδίκων τῶν παραγενομένων ἀφ' ἑκατέρας πόλεως καὶ τῶν συνπαρόντων αὐτοῖς, καὶ καθίσαντες [πρὸς τῶι βωμῶι τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυήνης ἠκούσαμεν τῶν διαφερομένων, οὐ μόνον τὸν τῆς [ἡμέρας αὐτοῖς δόντες χρόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄξιον τῆς νυκτός, πᾶσαν ἀνασχόμενοι κακοπαθίαν χά[ριν τοῦ μηθενὸς ὑστερῆσαι δικαίου μηθένα τῶν κρινομένων · τέλος δὲ λαβούσης τῆς δικαιολογίας ἐνγράφους θέμενοι τὰς γνώμας τῶι μὲν ἀκριβεῖ τῆς ψήφου βραβευθῆναι τὴν κρίσιν οὐκ [ἐβουλόμεθα, συναγαγεῖν δὲ σπεύδοντες αὐτοὺς καὶ αὐτοὶ καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκαταστῆσαι φιλίαν, ὡς ἡμεῖν πάτριον καὶ προσῆκον ἡγούμεθα, ἑκατέροις τὰ γράμματα ἔ[δομεν, φιλοτιμούμενοι εἰς τὸ συλλύσεως καὶ φιλίας αὐτοῖς παραίτιοι γενηθῆναι · τῆς δὲ προθέσεως ἡμῶν [ἀκύρου γενομένης διὰ τὸ ὑπερβαλλόντως αὐτοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονικίαν ἐνεστάσθαι, συνέβη τῆι ψήφωι τὴν κρίσιν βραβευθῆναι, περὶ ἧς καὶ τὴν καθήκουσαν ἔκθεσιν πεποιήμεθα. Ἰτάνιοι, πόλιν οἰκοῦντες ἐπιθαλάσσιον καὶ χώραν ἔχοντες προγονικὴν γειτονοῦσαν τῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου ἱερῶι, ἔχοντες δὲ καὶ νήσους καὶ νεμόμενοι, ἐν αἷς καὶ τὴν καλουμένην Λεύκην, θλιβόμενοι κατά τινας καιροὺς ὑπὸ τῶν παροροούντων Πραισίων ἐπεσπάσαντο χάριν βοηθείας καὶ φυλακῆς τῆς τε πόλεως καὶ τῆς χώρας, ἔτι δὲ καὶ τῶν νήσων, τὸν Αἰγύπτου βασιλεύσαντα Πτολεμαῖον, ὡς τὰ παρατεθέντα ἡμεῖν περὶ τούτων γράμματα περιεῖχεν, καὶ τούτωι τῶι τρόπωι κατεῖχον τοὺς προειρημένους τόπους · τελευτήσαντος δὲ τοῦ Φιλομήτορος βασιλέως Πτολεμαίου καὶ τῶν ἀποσταλέντων ὑπ' αὐτοῦ χάριν τοῦ συντηρεῖν Ἰτανίοις τήν τε χώραν καὶ τὰς νήσους ἀπαλλαγέντων, οὕτως Ἰτάνιοι καὶ [αἱ ἄλλαι πόλεις

αἱ σύγχωροι διεφύλασσον τὰ καθ' ἑαυτούς. Ἐνστάντος δὲ κατὰ τὴν Κρήτην πολέμου καὶ μείζονος, ἀνειρημένης δὲ ἤδη καὶ τῆς Πραισίων πόλεως τῆς κειμένης ἀνὰ μέσον Ἰτανίων τε καὶ Ἱεραπυτνίων πόλεως, Ἱεραπύτνιοι τῆς τε νήσου καὶ τῆς χώρας ἀμφισβητεῖν Ἰτανίοις ἐπεβάλοντο, φάμενοι τὴν μὲν χώραν εἶναι ἱερὰν τοῦ Ζηνὸς τοῦ Δικταίου, τὴν δὲ νῆσον προγονικὴν ἑαυτῶν ὑπάρχειν · τῶν δὲ παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτῶν περὶ Σερούιον Σολπίκιον παραγενομένων εἰς Κρήτην καὶ τοῦ πολέμου λύσιν λαβόντος κατήχθησαν καὶ Ἰτάνιοι ἐπὶ τὴν σύγκλητον. Δοθέντος δὲ παρ' ἑκατέρας πόλεως πρότερόν τε καὶ νῦν καὶ τοῦ δόγματος περιέχοντος, ὃν τρόπον ἑκάτεροι αὐτὴν τὴν χώραν καὶ τὴν νῆσον, περὶ οὗ ἡ πρᾶξις ἐνέστατο, κατεσχηκότες εἴησαν τῆι προθεσμίαι πρὶν ὁ πόλεμος ἑαυτοῖς ἤρξατο, οὗ πολέμου ἕνεκεν Σερούιος Σολπίκιος κἀκείνη ἡ πρεσβεία εἰς Κρήτην ἀπεστάλησαν, ὅπως οὕτως κρίνωσιν αὐτοῖς ἔχει[ν κατέχειν τε καρπίζ]εσθαί τε ἐξεῖναι, ἔγνωμεν ἐκ τῆς ὑφ' ἑκατέρων [δοθείσης κρίσεως τὴν χώραν κατὰ τὴν Ἱεραπυτνίων ἀμφι]σβήτησιν ἡγμένην διακατεσχημένην τε ὑπὸ Ἰτανίων, καθότι προεκτεθείμεθα, μετὰ τὸ τὸν προειρημένον πόλεμον γενηθῆναι, οὖσαν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἰτανίων, καθότι καὶ οἱ δοθέντες ἡμεῖν ὑφ' ἑκατέρων περιορισμοὶ τῆς χώρας ἐμήνυον, ὅ τε πρὸς τοὺς πρότερον [παροικοῦντας αὐτ]οῖς Δραγμίους γενηθεὶς ὡς περιέχων οὕτως · ὧροι δὲ ἐόντων αὐτοῖς τᾶς χώρας τοίδε · ὁ. . . . . δαμνος ἐς Καρύμας, καὶ πέραν ἐς τὰν στεφάναν καὶ ἁ στεφάνα περιαμπέτιξ. ἐπὶ τὸν λάκκον καὶ ἐς τὰν ὁδὸν τὰν ες τὸν Μόλλον · καὶ πάλιν ὁ γενηθεὶς Ἰτανίοις καὶ Πραισίοις καθότι ὑπογέγραπται · Ἔδοξε τοῖς Ἰτανίοις καὶ τοῖς Πραισίοις θέσθαι εἰρήναν ἐς πάντα τὸν χρόνον · ὅροι δὲ τᾶι χώραι, ἃν νῦν ἑκάτεροι ἔχοντι, ὁ. . . . . . ἐς Καρύμας ἐς τὰν Δηράδα, καὶ πέραν ἐς τὰν στεφάναν καὶ περιαμπέτιξ ὡς ἁ στεφάνα, καὶ εὐθυωρίαι ἀπὸ τᾶς στεφάνας ἐπὶ τὸν λάκκον, καὶ ὡς. . . . . τῶν ἐπὶ τὸν ἀνδριάντα ὁδῶν τὰς ἀγώσας ἐπὶ τὸν Μόλλον καὶ ἀπὸ τῶ Μόλλω εὐθυωρίαι ἐπὶ θάλασσαν · καὶ πάλιν ὁ τοῖς Ἱεραπυτνίοις καὶ Πραισίοις γενηθεὶς περιορισμὸς γεγραμμένος οὕτως · οἱ δὲ ὅροι τᾶς χώρας · ὁ. . . . . ἐς Καρύμας ἐς τὰν Δηράδα καὶ πέραν

ἐς τὰν στεφάναν καὶ περιαμπέτιξ ὡς ἁ στεφάνα καὶ εὐθυωρίαι ἀπὸ τᾶς στεφάνας ἐπὶ τὸν λάκκον · τῶν δὲ προειρημένων ὁρίων σαφῶς διειργόντων τήν τε Ἰτανίων χώραν καὶ τὴν πρότερον μὲν οὖσαν Δραγμίων καὶ τὴν Πραισίων, κατεχομένην δὲ ὑπὸ Ἱεραπυτνίων, τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Διὸς ἐκτὸς τῆς ἀμφισβητουμένης χώρας ὄντος, καὶ περιοικοδομήμασιν καὶ ἑτέροις [περιφράγμασιν ὅρων] ἀποδεικτικοῖς καὶ σημείοις περι[εχομένου, καθότι καὶ διὰ τῶν ἡμῖν ἐπιδεικνυμένων σημείων εὐσύνοπτον ἦν, πρὸς τούτοις [ἀπέδειξαν Ἰτάνιοι καὶ δι' ἑτέρων πλειόνων γραμμάτων ὑπάρχουσαν τὴν ἀμφισβητουμένην χώραν ἔνεργον καὶ ουχ ὡς ἔφασαν Ἱεραπύτνιοι ἱερὰν καὶ ἀγεώργητον · φάνερον τοῦτο ἐγίνετο καὶ ἐκ τοῦ δόγματος, καθ' ὃ ἐκρίναμεν, τοῦ γραφέντος ὑπὸ τῶν ἐληλυθότων εἰς Κρήτην πρεσβευτῶν περὶ Κόιντον Φάβιον, οἱ ἑωρακότες τό τε ἱερὸν καὶ τὸν περίβολον αὐτοῦ ἰδίοις σημείοις καὶ περιοικοδομήμασιν περιεχόμενον, ἑωρακότες δὲ καὶ τὴν χώραν τὴν ὅμορον τῶι ἱερῶι, ὑπὲρ μὲν ἱερᾶς χώρας οὐκ ἔγραψαν οὐδέν, καίτοι γε Ἱεραπυτνίων ῥητῶς ὑπὲρ ἱερᾶς χώρας ἠξιωκότων τὴν σύγκλητον, Ἰτανίων δὲ περὶ χώρας τῆς ἑαυτῶν. . . καὶ τῆς Ἐλείας καὶ νήσου ἰδίας Λεύκης, γνόντες δὲ ὅτι ἡ παροροῦσα χώρα τῶι ἱερῶι οὐκ ἦν ἱερὰ οὐδὲ ἀγεώργητος, τῆς χώρας μόνον ἐφαίνοντο μνείαν πεποιημένοι, γράψαντες « ἵνα ἔχωσιν κατέχωσίν τε καρπίζωνταί τε », τοῦ καρπίζεσθαι γραφομένου κατὰ χώρας γεγεωργημένης τε καὶ γεωργηθησομένης, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς χώρας οὐκ ἦν ἐνδεχόμενον · νόμοις γὰρ ἱεροῖς, καὶ ἀραῖς ἐπιτίμοις ἄνωθεν διεκεκώλυτο, ἵνα μηθεὶς ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου μήτε ἐννέμηι μήτε ἐναυλοστατῆι μήτε σπείρηι μήτε ξυλεύῆι · καίτοι γε Ῥωμαίων, ἐὰν περὶ ἱερᾶς τινὸς χώρας διαφέρωνται, γραφόντων ῥητῶς, καθότι καὶ τὰ παρατεθέντα ἡμῖν ἐφ' ἑτέρων δόγματα περιεῖχεν. Τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον τεκμήριον τοῦ ἐγνωσμένων τῶν καθόλου . . . . ἐφ' ὁμολογουμένοις ἡμᾶς καὶ κεκριμμένοις τὴν ψῆφον ἐπενηνοχέναι Ἰτανίων γὰς ἀξιωσάντων] . . . . ὑπὸ Ἱεραπυτνίων. . . . . . ἐν τῆι κρινομένηι χώραι. . . . .

PARS ALTERA

DE REGULIS ET HISTORIA ARBITRII INTER CIVITATES GRAECAS

Quum jam omnia arbitriorum exempla, quae cognovimus, collecta exposuimus, quae fuerint apud Graecos arbitrii regulae et leges nobis primum deducendum est, dein cujus utilitatis et cujus in Graecorum rebus ponderis hoc institutum fuerit. Quod ad leges attinet, hoc nobis non proponemus ut certas et in omnibus civitatibus easdem formulas arbitriorum reperiamus. Romanorum enim formula est quasi inventio paene propria, Graeci autem nunquam incubuerunt ad verba quædam, quae vel usu vel religione antiqua consecrata essent, omni studio et ratione conservanda : sed si quod verbum, patribus ignotum vel insuetum, posteris melius sonaret, id posteri proferebant et frequentabant. Adde quod civitates Graecae plurimum inter se et moribus et consuetudine et lingua differebant, nec eadem verba apud Cretas et Thessalos, Athenis et Spartae, in usu erant. Hoc tantum conatus sum ut mores ritusque saepius habitos verbaque saepius instituta colligerem.

CAPUT PRIMUM

DE ARBITRII CONSTITUTIONE

Ut arbitrium constituatur, necesse est ut litigatores duo arbitrum eligant, δικαστὴν καὶ διαλλακτὴν αἱρεῖσθαι, ποιεῖσθαι [1], dein ut arbiter electus arbitrium recipiat, ἀναδέξαι καθιεῖν τὸ δικαστήριον [2], ἀναδέξασθαι τὴν κρίσιν [3] : *recepisse arbitrium* dicitur qui judicis partes suscepit, finemque se sua sententia controversiis impositurum pollicetur (*Dig.*, IV, 8, 13).

Litigantes civitates non verbo quodam peculiari comprenduntur; sed aut utraque suo proprio nomine appellatur, ἡ πόλις τῶν Ἀθηναίων vel ὁ δῆμος τῶν Σαμίων, aut communi appellatione designantur ἑκάτεραι τῶν πόλεων, ἀμφοῖν, ἀμφότεροι : in Calymniorum inscriptione, verbum usurpatur quod in judiciis civilibus adversas partes, *adversarios,* significat, ἀντίδικοι [4], quarum altera καταδικάζουσα, altera autem ἀποδικάζουσα [5], ἀπόδικος πόλις [6] dicitur.

Arbitri autem nomen non idem est, si ad privatum civem vel regem, ac si ad populum vel societatem arbitrium defertur, δίκης ἐπιτρόπη ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ ἰδιώτην [7].

Privatus civis enim aut rex, arbiter electus, *judex* nominatur, seu judex ordinarius, δικαστής [8], κριτής, seu judex arbi-

1. Plut. *Solon.*, X; Heges., *Halon.*, p. 78.
2. XIX, p. 25, l. 13 et 14.
3. XXXV, p. 49, l. 10.
4. XLI, p. 67, l. 11.
5. XLI, p. 69, l. 30 et 32.
6. XXIV, p. 32, l. 1 et 2.
7. Thucyd., V, 41.
8. Herod., V, 95.

trando, διαιτητής [1]. Quod quidem verbum melius arbitris convenit, δικαστὴς καὶ διαιτητὴς διαφέρει, inquit Aristoteles [2], δικαστὴς μὲν γάρ ἐστιν ὁ κατὰ νόμον αἱρεθεὶς κριτὴς, διαιτητὴς δὲ ὁ κατὰ συμφωνίαν αἱρεθείς. Si arbitrum ergo proprio verbo designare velis, διαιτητής tibi usurpandus est, ut in plerisque Atticis et titulis et auctoribus videmus. Hoc tamen verbum rarius invenies in litibus inter civitates. Quum enim arbitri ad hoc potissimum eliguntur ut adversarios concilient, διαιτητὴς ὁ κατὰ συμφωνίαν αἱρεθεὶς συμβιβάσεως χάριν, *conciliatores*, διαλλακταί, saepius nuncupantur, saepissime autem *judices* et *conciliatores*, δικασταὶ καὶ διαλλακταί [3] : uno solo exemplo, in littera Philippi ad Athenienses [4], βραβευταί, id est judices certaminis, qui dant praemium victori.

Quod si arbitrium ad civitatem defertur, ἔκκλητος πόλις dicitur, id est *civitas evocata*, ἔκκλητος πόλις, ἣν ἐκκαλεῖταί τις εἰς τὸ κρίνεσθαι [5] : αἱρεῖσθαι vel λαμβάνειν ἔκκλητον πόλιν dicitur [6]. Interdum tamen non civitas sed ipsi cives designantur, οἱ Ἀθηναῖοι, vel οἱ Λακεδαιμόνιοι, et eadem verba usu veniunt ac si de privato quodam cive agatur, χρήσασθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις διαλλακταῖς vel δικασταῖς. At πόλις ἔκκλητος apud omnes Graecos solemnius videtur usitatum fuisse.

Non multo pauciora in titulis vel apud auctores verba reperies, quae arbitrorum electionem significent. Nunc iisdem usum est verbis quibus de civili judice, *eligere quemdam*, αἱρεῖσθαι τινά, *facere quemdam judicem*, ποιεῖσθαι διαλλακτὰς καὶ δικαστάς [7], vel *judice uti*, χρήσασθαι, vel *venire ad quemdam*, ἐλθεῖν εἴς τινα, vel *judicium habere coram...* δίκην ἔχειν παρὰ... [8]. Attamen solemne quoddam verbum omnes

1. V, p. 13, l. 1-2 : ἀπόφασις δικαστᾶν..... τοῖς Ἀχαιοῖς καὶ Λακεδαιμονίοις.
2. Thesaurus, διαιτητής.
3. Plut., *Solon.*, X; Heges., *Halon,*, p. 78. Διαλῦται, II, p. 8, l. 1 et 2.
4. XXI, p. 27-28.
5. *Etym. Magn.*, *s. v.*
6. XIX, p. 25, l. 12 et 13 : ἑλομένων ἔκκλητον τὴν Λαμιέων πόλιν. XXXVI, p. 32, l. 30 : ἔκκλητον δὲ πόλιν αἱρεῖσθαι ἀμφότεροι συνωμολόγησαν. Plut., *Apoph. Lac.*, 215 : λαμβάνειν ἔκκλητον πόλιν.
7. Plut., Solon., X. XXXV, p. 46, l. 16 : αἱρούμεθα κριτὰς τοὺς Περγαμηνούς; Heges., *Halon,*, p. 78.
8. Heges., *Halon.*, p. 78.

ferme Graeci habuere quod praesertim auctores quinti et tertii saeculi usurpant, *arbitrium* vel *judicium permittere* ἐπιτρέπειν τὴν δίαιταν, τὴν κρίσιν τινί, aut brevius *permittere de*, ἐπιτρέπειν, ἐπιτρέπεσθαι, nec more alio *judicii permissio*, διαίτης ἐπιτροπή, aut brevius *permissio*, ἐπιτροπή : interdum sed rarius τρέπειν vel συγχωρεῖν invenies, aut ἐπιχωρεῖν [1].

Quo fit ut arbitrium fieri inter se civitates velint? non de causis nunc est disquirendum sed de modis tantum. Utraque civitas, post longum bellum, jam in eo esse potest ut pacem tranquillitatemque omni voto petat : utraque sponte sua arbitrium, vel dubium, certis belli laboribus praeferendum putat : inter Samios et Prienenses, ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἑκατέρων θελόντων ἔκρινεν [2]. Sed, ut est Graecorum ingenium, illa adversariorum unanimitas rarior evenit. Saepius enim alteruter populus, bellis lassatus, viribus exhaustis, ad alterum legatos mittit, qui suam civitatem ad actionem aequam ac bonam et ad judicium paratam declarent, ἐθέλειν δικαιοπραγεῖν, ἐθέλειν δίκας διδόναι, ἐθέλειν διαδικάσασθαι [3], et adversariam civitatem in jus vocent, προσκαλεῖν εἰς δίκας, εἰς κρίσιν [4].

Interdum tertia quaedam civitas, cujus commercio vel navigationi bellum jacturas infert, aut alterutrius consanguinea, intervenit. Pergameni, συγγενεῖς ὄντες καὶ φίλοι καὶ εὐνόως διακείμενοι, inter Pitanaeos Mytilenaeosque intervenere [5], nec alio more Gnosii inter Latios et Oluntios [6]; quum in eo sunt Thebani et Athenienses ut manus conserant, id fieri non patiuntur Corinthii. Fit etiam ut foederibus vel promissis anterioribus teneantur adversarii : Athenienses et Lacedaemonii pepigerunt ut de discordiis futuris uterentur urbe tertia.

1. Herod., V, 95, ἐπετράποντο, VI, 108, ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων. Thuc., V, 31, ἐπιτρόπη, δίκη ἐπιτραπείσῃ, V, 41, δίκης ἐπιτρόπῃ, I, 28, τῷ μαντείῳ ἐπιτρέψαι. — XXV, p. 32, l. 2 et 3 : αὐτῶν ἐπιχωρησάντων ἐξ ὁμολόγων. Tacit., *Annal.*, IX, 43, *permisso publice arbitrio.*
2. XXXIX, p. 64, l. 9 et 10.
3. Plut., *Pyrrh.*, 16. Thuc., I, 28; V. 79; VII, 18,
4. Thuc., VII, 18.
5. Cf. XXXV, p. 45, l. 1 seqq.
6. Cf. XLV, p. 72, l. 1-5.

De electione arbitri causisque cur ille huic praeferatur, si utriusque civitatis legatorum orationibus credas, nihil aliud exoptant quam ut aequum ac bonum judicem habeant, πόλιν ἴσην καὶ ὁμοίαν, ἴσον καὶ ὁμοῖον δικαστήριον, ἐπιτρέπειν ἴσῳ καὶ κοινῷ δικαστηρίῳ [1]. Quod si ad mentem spectas, hoc saepius graecae menti inest eum esse sagaciorem et aequiorem qui viribus et armis melior: « Turpe sit, respondit Atheniensibus Agesipolis quum Megarensium populum arbitrum proponerent, principibus Graeciae minus esse jus notum quam Megarensibus » : praeterquam quod potenti cuidam facilius est ambitu abstinere, quo potentior arbiter, eo gravior sententia, et poena promptior, si quis arbitri sententiae non steterit. Adde quod arbitrii permissio semper honori ducitur, et benevolentiae amorisque et obsequii notae erga electum arbitrum ; nec Graecorum unquam obsequium et benevolentia potentibus defuit. Quod si forte potentioris electioni alteruter populus repugnat, metu adducitur, ne repugnatio illa offensioni et contumeliae habeatur et sibi novos hostes contrahat : Hannibal Segestanos hortatur ut Syracusanis arbitrium permittant, hoc sibi persuadens fore ut Selinuntii, Segestanorum adversarii, cognitionem illam detractent et a societate illorum Syracusani decedant; quod quidem evenit [2].

Quum ad Achaeos post Leuctricam pugnam Lacedaemonii et Thebani arbitrium deferunt, hoc suo populo Polybius laudi vertit « neque vero id fecerunt potentiae ratione habita Achaeorum, nam illis temporibus minimum hi inter Graecos poterant » ; re vera, ceteri Graeciae populi Lacedaemoniorum vel Thebanorum societatem adepti erant, nec quisquam praeter Achaeos arbitri partem suscipere poterat (XXII).

Quum autem tertia quaedam civitas intervenit ut utrosque ad pacem hortetur, huic arbitrium permitti solet : Corinthiis Thebani et Athenienses, Pergamensibus Pitanaei et Mytilenaei judicium deferunt (XVIII, XXXIV).

Accidit quoque ut non una sed plures civitates eligantur : Parios, Samios et Erythraeos Andrii et Chalcidenses

1. Heges., *de Halon.*, 85. Thuc., V, 79.
2. Cf. XIII, p. 19.

advocant (XXXI), Samios, Colophonios et Magnetas, Narthacensium et Melitaensium populi (XXVI).

Civitates, quibus arbitrium oblatum est, nunquam abnuerunt, quantum scimus : sed semper vel ipsae deciderunt, vel rem ad alias detulere. Arbitrii enim permissio magno videtur honori habita esse : publicis etiam urbis et domesticis civium rationibus arbitrium receptum prodesse nobis apparebit.

Ut jam arbitrium constituatur, restat ut partes inter se, arbitro praesente, *compromissum* [1], σύμβολον faciant : compromissorum mentio saepius apud auctores et in titulis occurrit; exempla autem habemus in inscriptionibus Calymnae, Pergami et Cretae (XXXV, XLI, XLV).

Compromissum appellatur inter partes stipulatio qua arbitrii conditiones, res judicanda, tempus et locus judicii terminantur. Huic stipulationi arbiter adest, sed particeps non est :

« Bonae Fortunae. Legatis ab urbe Gnosiorum ad Latiorum et Oluntiorum civitates missis, qui ad Gnosios arbitrium de litibus eisdem semper deferri poscerent, Latiis et Oluntiis placuit, postquam inter se convenerunt, κοινᾶι βωλευσαμένοις... » (XLV, l. 1-5).

Andrii et Chalcidenses sine bello convenerunt, ἄνευ πολέμου συνέβησαν δικασταῖς χρήσασθαι [2].

Compromissum ergo fit, data ultro fide, σύμβολον προσποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους [3]. Ab initio, utriusque partis lubens consensus affirmatur, αὐτῶν ἐπιχωρησάντων ἐξ ὁμολόγων (XXV, 2-3), dein partium unanimitas ad eumdem communem arbitrum eligendum, ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶι βωλευσαμένοις δόμεν τὰν ἐπιτροπὰν τᾶι τῶν Κνωσίων πόλι (XLV, l. 10-11).

Deinde res definitur, de qua judicandi potestas arbitris ab utroque conceditur : compromissum plenum esse, vel non plenum, potest, ut verbis Ulpiani utamur : « plenum compromissum appellatur quod de rebus omnibus controver-

1. Dig., IV, 8, 1.
2. XIX, p. 25, l. 11 et 12.
3. Plut., *Quaest. Gr.*, XXX.

siisve compositum est : nam pertinet ad omnes controversias [1]. »

Plenum compromissum σύμβολον περὶ πάντων dicitur. Pitanaei et Mytilenaei de omnibus controversiis, περὶ τῶν ἀντιλεγομένων, arbitrium permisere : nec aliter Parii et Naxii omnium litium et inter civitates et inter cives utriusque civitatis arbitrium Eretriensibus detulere, μηδεμίαν δὲ εἶναι ἔτι δίκην κατὰ τῆς πόλεως τῆς Ναξίων ὑπὸ τῆς Παρίων μηδὲ ὑπὸ τῆς Ναξίων κατὰ τῆς Παρίων μηδὲ ὀφείλημα μηδὲ ἄλλο ἔγκλημα μηθὲν μηδὲ ἰδιώτῃ μηθενὶ κατὰ πάντων μηδὲ πᾶσι κατ' ἰδιώτου ἐκ τῶν πρότερον γεγενημένων... (XXVIII, l. 4-8).

Plenum non est compromissum, quum de una tantum re, — sic inter Messenios Lacedemoniosque compromissum est, ὁπότεροι ταύτην τὴν χώραν κατεῖχον ὅτε Λεύκιος Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος ἐν ἐκείνηι τῆι ἐπαρχείαι ἐγένετο [2], — vel de pluribus sed non de omnibus rebus agit, ac saepius arbitri jurisdictio de certis causis permittitur : inter Latios et Oluntios, Gnosii omnes causas cognoscent quae ab altera civitate in alteram civitatem intenduntur, περὶ τῶν ἀμφιλλεγομένων πόλι πορτὶ πόλιν πάντα περὶ πάντων (XLV, l. 10-11), de causis autem quae vel inter cives utriusque civitatis vel inter cives unius civitatis et alteram compromissum non est.

Saepissime de una tantum re permittunt, de causa quadam, vel publica civitatis in civitatem, vel privata civium unius in alteram. Privatarum quidem causarum rariora exempla supersunt : inter Arcesinenses et Naxios ita pactum est (XXIX) ; Coi et Calymnii compromiserunt de pecunia olim Cois ab Calymniis duobus civibus mutuo data (XLI). Publicae autem causae variis de rebus factae sunt, nunc de foedere laeso vel de pace violata, ante omnia de possidendis sive agris, sive castellis, sive portibus, sive insulis, et de finibus terminandis : haec finium delimitatio, si omnes arbitris permissas causas reputes, arbitrorum quasi proprium munus fuisse tibi apparebit ; nec sola finium declaratio arbitris conceditur, et controversi agri imputatio, πότερον

1. Digest., IV, 8, 21, 6.
2. I, p. 7, C, l. 12-15.

ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν, verum etiam metatio ipsa terminatioque (XXXIX, XXXIV, XLVII, XXIV, etc.)

Romanorum more, sine die non compromittitur : « si sine die compromissum confectum est, inquit Pomponius, nunc est arbitro omni modo dies statuere, partibus consentientibus [1] ». Apud Graecos eadem lex fuisse videtur : tempus statuitur intra quod arbitri sententia dicenda sit, ἐν τῆι προειρημένηι ἡμέραι καθότι Λακεδαιμόνιοι καὶ Μεσσήνιοι συνωμολογήσαντο [2]. Quod si hoc tempore praetermisso, sententia non dicta est, solutum jam est compromissum : Latii et Oluntii in sex menses a mense Karonio Gnosiis arbitrium permittunt, Pitanaei et Mytilenaei in tres menses (XXXIV, C, l. 15).

Postea in compromisso arbitrorum potestas definitur : ad lites finiendas enim duplex facultas arbitris mandari solet, vel judicandi vel componendi : ut judices enim, judicium facere possunt, κρινοῦντι, ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν, διακρίνειν [3], et sententiam dicere, ἀποφαινοῦνται, δοῦναι ἀπόφασιν [4]; ut conciliatores autem, adversarios reconciliari, συλλυσοῦντι, transactione composita, σύλλυσις; dicitur etiam διαλῦσαι [5], ἐπιλῦσαι τὰ νείκη [6]. Interdum judicibus utraque facultas conceditur, ἀξιωθέντος τοῦ δάμου ὑπὸ Σαμίων καὶ Πριανέων ἄνδρας ἀποδεῖξαι οἵτινες κρινοῦντι καὶ ἀποφαινοῦνται ἢ συλλυσοῦντι [7]. Quaecumque fuerit arbitrorum definitio, aut judicium aut compositio, dummodo sit secundum formam et intra tempus compromissi, arbitrorum sententiae in aeternum se staturos jurant litigatores, nec unquam, ut Justiniani codicis verbis utar [8], ex sententia arbitrorum ex compromisso jure perfecto aditorum se appellaturos : in Latiorum et Oluntiorum compromisso (l. 27-30) τὰ δὲ κριθέντα καὶ ἀγγραφέντα ὑπὸ τῶν Κνωσίων βέβαια καὶ κύρια ἦμεν ἐς τὸν πάντα χρόνον, καὶ μηκέτι ὑπολείπεσθαι αὐτοῖς περὶ μηθένος ἔνκλημα μηθὲν παρευρέσει μηδεμίᾳ; Pitanaei et

1. Digest., IV, 8, 14.
2. I, p. 7, C, 6-7.
3. XXXIX, p. 58, l. 24 et 25.
4. XXXIX, p. 58, l. 27 et 28.
5. XXXIV, p. 44, l. 3.
6. XXXV, p. 49, l. 9.
7. XXXIX, p. 58, l. 11-13.
8. *Cod. Justin.*, II. 56.

Mytilenaei (A, l. 31-33) etiam compromittunt τὰ δὲ κριθέντα εἶναι κύρια καὶ ἀμετάθετα ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ συνλυθέντα ἐὰν ἀμφότεροι ἀναδέξωνται.

Ob hoc interdum poenam stipulant, ut metu ejus a compromisso et placitis non recedatur [1]; si compromisso vel sententiae stare adversarius alter noluerit, si contra compromissum praesentiam sui facere detrectaverit, poenae placitae erit obnoxius [2] : « Latiorum et Oluntiorum populi intra viginti dies Gnosios sponsores (ἐγγύους) eligent per Gnosiorum Chreophylakion ; decem talentorum Alexandrinorum poenam utrique promittent, si quis compromisso vel sententiae non steterit (ἐμμενίοντι ἐν τούτωι τῶι ἐγγρόφωι καὶ ἐν τοῖς κριθένσι ὑπὸ τᾶς πόλεος), in illius sponsores jam actio erit Gnosiorumque magistratus debitam poenam a sponsoribus exigent alterique tradent parti, neque ante sponsores exsolventur quam utrique judicata exsequentur » (l. 35-40).

Quae quidem poena non semper compromisso adjecta est : simpliciter autem sententiae et compromisso stare utrique promittunt [3]. Ne qua postea vel de sententia vel de compromisso disceptatio exoriatur, quatuor exemplaria compromissi primum describentur, quorum duo Gnosiis et Oluntiis mittant Latii, duo autem Gnosiis et Latiis Oluntii; dein compromissum et sententia, Gnosiis curantibus, in titulo inscribentur titulusque in templo Apollinis Delii statuetur.

In Calymniorum et Coorum compromisso, multa etiam stipulantur, de formulis et inquisitionis et judicii : quo jurejurando arbitri se obligent; quot advocatos, συναγόρους, utraque pars habeat; quantum temporis advocatis ad causam agendam concedatur : quae et quo modo collecta testimonia legitima sint.

Compromisso conditio additur ut, si quid adjici vel detrahi necesse sit, adjiciendi aut detrahendi facultatem habeant adversarii, si utrique consentient, permittetque arbiter (XLV, l. 40) : namque, arbitrio jam constituto, arbiter nunc summam rei participat.

1. Cod. Justin., II, 56, 1.
2. Cod. Justin., II, 56, 2.
3. Cf. Digest., IV, 8, 25, 7.

CAPUT SECUNDUM

QUOMODO ARBITRI VICIBUS SUIS FUNCTI SINT

Saepe ad hoc primum potestate sua electus et constitutus arbiter utitur ut, si quid in compromisso emendari voluerit, ad utramque partem legatos mittat qui conventionem novam impetrent. Quum Gnosii tempus compromissi brevius esse existimarentur, a Latiis et Oluntiis petunt ut dies proferatur, et conventio altera ab utrisque contrahitur. In eo autem haec conventio a compromisso differt, quod utraque pars compromissi particeps fuerit, ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶι βωλευσαμένοις [1], in conventione autem arbitri quoque consensum stipulantur, ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶι βωλευσαμένοις συνευδοκησάντων καὶ Κνωσίων [2]. Hanc tamen σύμβολον quoque Graeci appellant.

Quod si compromissum arbitro placuerit, cura illi danda est ut salvum integrumque maneat, ut sine fraude vel vitio in titulis inscribatur, dein ut exemplaria a partibus accipiantur denturque et in templis vel locis publicis secundum formam compromissi deponantur : haec illius est facultas, consentientibus tamen adversariis; « Gnosorium populus una cum Latiorum et Oluntiorum populis legatos Delum mittet ad epimeletem templi ut compromissum, titulo inscriptum, ad templum statuatur [3]. »

Functionem deinde muneris sui praeparare et subtiliter

1. XLV, p. 72, l. 4-5.
2. XLV. p. 73-74, l. 50.
3. XLV, p. 72, l. 16, seq. q.

disponere debet, quibus legibus judices eligantur, advocati agant, et testes audiantur, quo tempore et quibus in locis : qua quidem in re necesse est ut utramque partem de omnibus consulat. Hoc enim proprium arbitrii apud Graecos videtur ne unquam neve in ulla actionis vel minima parte arbitris summa potestas concessa sit : iterum atque iterum novus semper a partibus consensus petendus est, namque de his rebus tantum arbiter facultatem habet quae ab initio in compromisso fuerunt, non autem de illis quae postea supervenire possunt.

De judicis electione, si vel privatus civis vel rex arbiter constitutus est, plerumque non agitur : arbiter enim ipse judicis munere fungitur; et solus quidem; non videtur enim nec Periander nec Themistocles neque Antiochus aut Lysimachus [1] sibi consilium adjunxisse, quod vel suo proprio motu vel partium designatione et consensu composuerint; ipsi autem sententiam dixerunt. Quod si arbiter sententiam ipse dicere abnuerit, fit ut judices ipse creet : Philippus, postquam Peloponnesum invadit, non se ipsum judicem litium, quae inter Spartiatas eorumque vicinos exortae erant, constituit, sed ex omnibus Graecis commune judicium creavit [2].

Sed quum civitas vel populus arbitrium receperit —, et multo magis si populorum societas —, arbiter ipse non potest judicio praeesse : necesse est ut consilium litis judicandae creetur, κριτήριον καθιστάναι. Accidit ut vel populus vel societas, cui arbitrium permissum est, ad civitatem quamdam judicium deferant, Achaei Megarensibus, Romani Milesiis vel Pariis, Graecorum commune Argivis [3]. Sed nec illa ipsa civitas judicio praeest vel adest.

At quaeque civitas senatum habet, βουλή, γερουσία, ante quem causae agi possunt et, re vera, saepissime aguntur : sic in arbitriis populo Romano permissis, senatus romanus judicavit. Quum etiam in quaque urbe magistratuum collegia

1. XVI, p. 23; XII, p, 19; XXXIX, p. 57, IX; XXXIX, p. 55, VIII.
2. Polyb., IX, 33, 7.
3. I, p. 4-5; XXX, p. 41; XLVIII, p. 76; XXIII, p. 29-30.

invenias, horum quoddam eligi potest; existimari potest Spartanos quinque judices, qui inter Megarenses et Athenienses intervenerunt, ephoros fuisse [1]. De populi autem concione arbitrio functa, nullum certum exemplum habemus, quod facile intelligitur : nam, dum neque ad inquisitionem prompta est populi concio neque ad longas multasque auditiones idonea, eam sine studio et ira judicare posse rarius fit.

In omnibus fere arbitriis, extraordinarium judicum consilium creabatur, vel ex ordinariis civitatis legibus, ἐκ τῶν νόμων [2], vel ex populi electione, αἱρεθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου [3], vel ex sorte, ἐκληρώθη κριτήριον [4]. Quot autem ex judicibus haec consilia composita sunt? numerus judicum valde variabilis fuit. Nunc quam minimus praelatus fuisse videtur, nunc quam maximus : « quum Messenii et Spartiatae a Milesiis arbitros petiverunt, populus Milesiorum, concione in theatro facta, ex omni populo quam maximum secundum leges consilium sortitus est, ἐκληρώθη κριτήριον ἐκ παντὸς τοῦ δήμου, τὸ μέγιστον ἐκ τῶν νόμων, sescentorum judicum » [5]; Megarenses centum et quinquaginta unum judices primum, dein unum et triginta [6]; Rhodii contra quinque tantummodo judices Samiis et Prienensibus constituunt [7], Aetoli Melitaensibus Perensibusque tres [8], Assii Mylasiis et Alabendensibus unum [9]. Cum judicibus scriba eligi solet, γραμματεύς.

Judicio nunc constituto, δικαστήριον, κριτήριον, cum judicibus et scriba, de partibus agendum est. Partes communi verbo adversariorum designantur, οἱ ἐνδικαζόμενοι : altera autem persequitur, ὁ διώκων, ἡ καταδικάζουσα, altera defendit et fugit, ὁ ἀπόδικος, ἡ ἀποδικάζουσα πόλις.

Quum utraque pars populus vel civitas est, ante judi-

1. XV, p. 22.
2. I, p. 7, C, l. 8-9.
3. XXV, p. 32, l. 1-2.
4. I, p. 7, C, l. 8.
5. I, p. 7, C, l. 8-10.
6. XI, p. 18.
7. XXXIX, p. 57, XI.
8. XXV, p. 32, l. 2.
9. XLIII, p. 71.

ces ipsa venire non potest, sed procuratores utraque habet, σύνδικοι, προδικέοντες, συνάγοροι [1]. Procuratores illi ab utraque parte designantur, et a populo saepius eliguntur nunc inter cives nunc etiam et inter peregrinos : Geronthraei duos Euboeos ad Laconum societatem mittunt [2]; Milesium quemdam cum duobus Calymniis Calymnii ad Cnidios [3]. Propter virtutem et divitias, ἀρίστινδα καὶ πλούτινδα, eliguntur.

De numero autem procuratorum, Athenienses unum Solonem et Megarenses unum Heream habent [4]; Geronthraei [5] quatuor advocant, Prienenses sex [6]; inter Calymnios et Coos pactum est ut utraque pars quatuor synagoros habere possit [7].

De munere et officio procuratorum : non solum ut patroni causam agunt sed etiam ut testes interdum dant testimonium : « inter Calymnios et Coos placitum est ut synagori testimonium habeant » [8]; ut legati, si quo novo partium consensu ad mutandam quamdam compromissi conditionem opus erit, liberum mandatum habent ad pactionem novam componendam; similiter, si quadam ratione arbiter sine judicio litem finierit, compositionis accipiendae habent facultatem [9]. Procuratores utriusque partis scribam secum adducunt.

De litis auditione, διακούειν [10]. Coram judicibus procuratores conveniunt, παραγίνονται. Judicii locus aedificium quoddam publicum in urbe arbitrorum esse solet : Milesii in theatro suo sedent [11]. Quo major definitioni auctoritas insit, lubentius

1. XLI, p. 67, l. 19 συνάγοροι. — Plut., *Aphoph. Lacon.*, p, 230; Dem., *Pro Coron.*, 134; XLVIII, p. 78, l. 26 : σύνδικοι, XXIV, p. 32, l. 5-6 : οἱ προδικέοντες ὑπὲρ ἑκατέρας τῶν πόλεων.

2. IV, p. 11.

3. XLI, p. 67, l. 35-38.

4. XV, p. 22-23.

5. IV, p. 12.

6. XXXIX, p. 57; p. 58, l. 15 seqq.

7. XLI, p. 67, l. 18-19 : συναγόρους δὲ ἐξέστω ἑκατέροις παρέχεσθαι τέτορας.

8. XLI, p. 67, l. 19.

9. XXIV, p. 32, l. 5, seqq. : καθὼς οἱ προδικέοντες ὑπὲρ ἑκατέρας τῶν πολέων σύμφωνοι γενόμενοι ἐκέλευσαν καταγράψαι τὸ κρῖμα.

10. XXXV, p. 48, l. 10.

11. I, p. 7, C, l. 5-6.

in aedificiis sacris causa auditur : Rhodii in Dionysii dein in Dianae templo [1], Parii ad aram Leucophryenae Dianae judicium habent [2].

Sed quo facilius ab judicibus litis materies testiumque et procuratorum argumenta comprehendantur, necesse esse potest ut ad agrum controversum, ad fines dubios veniant : Rhodii, primum in urbe sua testimoniis auditis, ab utraque parte ad agros, de quibus controversia est, adducuntur et ibi quoque utraque pars auditur ; dein in castello Kario, de quo etiam disputatur ; Ephesum tandem veniunt ut in templo Dianae sententiam dicant [3]. In neutrius autem partis urbe sententia dicta est, ne studii erga hospites vel ambitus arbitri arguerentur, At Ephesum venerunt, ut testes et procuratores longo Rhodum itinere supersederent : Milesiorum urbs vicinior Prienensibus suspiciosa esse poterat quum jam de finibus lites cum Milesiis haberent. In compromisso inter Pitanaeos et Mytilenaeos pactum est ut arbitri Pergamenses in controversam regionem venire deberent [4].

Cognitionis die, sacrificatur deis, et judices in victimarum extis jurant, ἀναβάντες ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυηνῆς, σφαγίασθέντος ἱερείου ὠμόσαμεν καθ' ἱερῶν [5]. Hujus jurisjurandi exemplum in compromisso inter Coos et Calymnios invenies : « Per Jovem et Apollinem et Terram pronuntiabo de rebus de quibus inter partes compromissum est, secundum justissimam opinionem, et non pronuntiabo secundum testimonia quae mihi falsa videantur ; nulla munera accepi vel ipse ego vel quisquam alius mihi, non fraude non machinatione ulla ; si bona fide juravero, hoc mihi faustum sit, si mala, infaustum [6]. » Quod quidem juramentum cum Helias-

1. XXXIX, p. 58, l. 20-21 ; l. 23-24.
2. XLVIII, p. 78, l. 27-28 : καθίσαντες πρὸς τῶι βωμῶι τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυήνης.
3. XXXIX, p. 58, l. 20, seqq. : διακούσαντες αὐτῶν ἔν τε Ῥόδωι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διονύσου, καὶ ἐπὶ τᾶς χώρας τᾶς ἀμφισβατευμένας, ἐφ' ἃν ἐπάγαγον ἀμὲ ἑκάτεροι, καὶ ἐπὶ τοῦ φρουρίου, ὅ καλεῖται Κάριον, καὶ ἐν Ἐφέσωι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀρτέμιδος.
4. XXXV, p. 46, l. 28 : κριτὰς αὐτοὺς ἑλέσθαι οἵτινες ἐπὶ τὴν χώραν παραγενόμενοι.
5. XLVIII, p. 78, l. 25-26.
6. XLI, p. 67, l. 4. seqq.

tarum Athenis jurejurando comparare possis, quod a Demosthene in Timocratem (149-151) recitatur vel cum judicum Eresi jurejurando [1]. Nec aliter in Pitanaeorum Mytilenaeorumque compromisso stipulatur : ποιήσονται τὴν κρίσιν μεθ' ὅρκου [2].

Partes citantur et judicibus procuratores suae civitatis decreta proferunt, quae ipsis agendi auctoritatem tribuunt. Si altera pars defuerit, οὐκ ἐμμείναντες τῇ ἐπιτρόπῃ, ἀνέντες τὴν ἐπιτρόπην [3], aut ex compromisso condemnatur et stipulatae, si qua fuerit, poenae est obnoxia, aut judices munere suo non aliter funguntur quam si utraque pars adfuerit : quum Achaei ante Mantinensium judicium praesentiam sui facere detrectavissent, causam nihilominus Mantinenses audierunt [4].

Recitantur utriusque civitatis de compromisso decreta et invitationes ad arbitrium, προκλήσεις [5], et formula compromissi, σύμβολα, receptioque arbitrii et decreta arbitrae civitatis ad judicum electionem. Coram judicibus deponuntur omnia litis instrumenta monumentaque et tabulae et scripta quae ab utraque civitate suo ex aerario mittuntur. Quae omnia publico civitatis signo consignata afferuntur; signum autem vel judices vel magistratus arbitrae civitatis resignant et monumenta procuratoribus tradunt [6].

Nunc causam agendi procuratoribus licentia datur. Ut fit in omnibus fere Graecorum judiciis, non infinitum tempus ad causam agendam conceditur, sed ex compromisso pactum est quantum temporis utrique parti sit concedendum. Milesii Spartiatis Messeniisque, clepsydra apposita, metretas Milesias ad primam orationem decem, ad secundam autem quinque statuerunt [7]; similiter inter Calymnios Coosque compromittitur choas octodecim ad primam orationem, decem ad

1. Sauppe, *Inscript. Lesb.*, III, l. 18.
2. XXXV, p. 46, l. 30.
3. Thucyd., V, 31.
4. X, p. 17-18.
5. XLI, p. 67, l. 10.
6. XLI, p. 67, l. 10 seqq.
7. I, p. 7, C, l. 15 seqq.

secundam concedi [1]. Si qua decreta vel testimonia aut compromissa stipulationesque recitanda sunt, a procuratorum scriba sine aqua recitantur [2]. His ab exemplis videmus utrique parti duarum orationum facultatem esse. In Prienensium Samiorumque lite tamen, quantum ex titulo fracto apparet, tres tantum orationes habitae videntur fuisse : Samii, ut actores, inceperunt [3], Prienenses respondere [4], iterumque Samii [5]. A procuratoribus causa non agi potest, nisi procuratores alterius partis adsunt : Prienenses orationem coram Samiis habuere, κατὰ πρόσωπον πρὸς Σαμίους.

Verba δικαιολογεῖν, δικαιολογεῖσθαι [6], δικαιολογία [7], et ἀκούειν [8], διακούειν [9], usurpari solent de procuratorum actione et judicum auditione. Quae fuerint procuratorum orationes, jam nobis judicare liceret si Hyperidis Deliacam haberemus : ex fragmentis autem hujus Deliacae satis non liquet [10]. Quantum ex titulis videtur, omnibus documentis argumentisque et probationibus uti licebat.

Testes, μάρτυρας, utraque pars adducit. Si quis testis coram judicibus praesens testificari nequeat, scriptum testimonium mittere potest, μαρτυρίας ἀνάγραφον [11] ; hoc autem testimonium a testibus absentibus coram suae civitatis magistratibus, et coram alterius partis procuratore, οἱ παραγενόμενοι ἐπὶ τὰν ἐπάκουσιν τᾶν μαρτυριᾶν [12], si placet, dandum est. Testis autem jurabit, secundum leges, se nihil ad veritatem non locuturum, ad tribunal autem descendere non posse : horum testimoniorum antigrapha ad utramque partem a magistratibus mittuntur [13].

1. XLI, p. 67, l. 17 seqq.
2. XLI, p. 67, l. 20 seqq : ἀναγινωσκέτω ὁ γραμματεὺς ἄνευ ὕδατος.
3. XXXIX, p. 59, l. 45.
4. *Id.*, *ibib.*, l. 65.
5. *Id.*, p. 60, l. 92.
6. *Id.*, p. 64, l. 9. III, p. 11, l, 10.
7. XLVIII, p. 78, l. 30 : τέλος λαβούσης τῆς δικαιολογίας.
8. Diog. Laert., I, 74.
9. XXXIX, p. 56, l. 10 : διακοῦσαι ἃ λέγεται παρ' ἑκατέρων, XXXV, p. 46, l. 29 ; p. 48, l. 10.
10. Cf. XX, p. 26-27.
11. XLI, p. 68, l. 37-38.
12. *Id.*, *ibid.*, l. 42-43.
13. XLI, p. 67, l. 23 et suiv.

Testes autem praesentes procuratoribus, si placuerit, post primam et ante secundam orationem, omnes separatim examinare et interrogare licet, ἀνάκρισις τῶν μαρτύρων καθ' ἕνα μετὰ τοὺς πράτους λόγους [1], sed de iis rebus tantum, quae compromisso insunt. Procuratoribus et ipsis testificari licet [2].

Documenta etiam publica privataque afferuntur, scilicet antiqua civitatum decreta foederaque et stipulationes, tituli et inscriptiones templis insculptae, oraculorum mythorumque collectiones vel oratorum poetarumque et auctorum historiae : Homeri carmina Solon recitavit [3]; Samii et Prienenses Douridis Evagonisque et Ouliadis et Olympici et Kleophyli et Evalki et Theopompi et Maiandri historias una cum suarum ad Lysimachum, Rhodiosque et Antigonum civitatum decretis [4]. Argumento est quoque, si opus, locorum finiumque inspectio : Rhodii ex rebus a se visis sententiam dixerunt, ἐποιησάμεθα τὰν κρίσιν κατὰ τὰ ὑφ' ἡμῶν ἐφεοραμένα [5], namque ad castellum Karium agrosque finitimos descenderant.

Orationibus habitis, testibus auditis, inspectis argumentis locisque, causa judicibus definienda est. Sententiam dicendi facultatem quidem ex compromisso habent. Quae definitio judicum suffragio, opinionisque plurium adoptione constituitur : re vera, hac saepissime utebantur, ut ex plurimis exemplis liquet, quo fit ut judices suffragii domini haud raro appellentur, οἱ κύριοι τῆς ψήφου. Sed Graecorum secundum communem opinionem haec definitio arbitrio parum convenit : ad hoc enim jam diximus arbitrium maxime a Graecis permitti ut partes concilientur, συμβιβάσεως χάριν. Quam opinionem melius etiam Parii judices in lite Itaniorum et Hierapytniorum declarant : « post patronorum orationes habitas, quid senserimus scripsimus, scilicet nos exacta suf-

1. XLI, p. 68, l. 39-40.
2. *Id.*, p, 67, l. 19.
3. Cf. XV, p. 22-23.
4. XXXIX, p. 61, l. 112, seqq.; l. 122, seqq.
5. XXXIX, p. 58, l. 24-25.

fragiorum ratione litem disjudicare nolle : curam autem dedimus ut utrosque conciliaremus et ad pristinam revocaremus amicitiam; quod quidem more patrio nobis faciendum putabamus, ὡς ἡμεῖν πάτριον καὶ προσῆκον ἡγούμεθα; haec nostra propositio cum ab utrisque non recepta sit, suffragiis litem terminari necesse fuit [1]. » Hoc est ergo primum et proprium et patrium arbitri munus ut amicitiam inter partes redintegret, τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκαταστῆσαι φιλίαν, ut odium solvat, ἔλυσε τὴν ἔχθραν [2], adversariosque conciliet : nec prius judicare debet quam nulla alia ratione jam uti possit.

Duplicis ergo generis definitio esse potest, vel conciliatio, σύλλυσις, vel sententia, ἀπόφασις. Conciliationis nulla alia lex quam arbitri auctoritas partiumque consensus : exemplum συλλύσεως inter Naxios Pariosque habemus [3]. Sententia autem secundum leges, jusjurandumque et justitiam dicenda est, κατὰ τοὺς νόμους, εὐόρκως καὶ δικαίως, δικαίῳ χρήσθων καὶ ὅρκοις [4]. Quae sit justitia et jusjurandum, ex judicum juramento liquet : « pronuntiabo secundum justissimam opinionem, κατὰ γνώμαν τὰν δικαιοτάταν, nec secundum testimonia quae mihi falsa videbuntur. » Quibus autem legibus arbitri usi sint, non apparet. At in plurimis causis, legis quaedam formula inutilis erat : cujus enim hic ager vel castellum aut templum sit, non legibus sed testimoniis definitur, testibusque auditis jam causa audita est. Si lege quadam extraordinaria in causa peculiari subtilique opus esset, hanc civitas arbitraria judicibus statuisse videtur; aut judices ipsi, quemadmodum apud Romanos praetor magistratum iniens regulas legesque edicebat quibus usus jam pronuntiaturus erat, edictum, διάγραμμα, utrique parti proponebant. Sed lex suprema haec arbitris videtur fuisse, ne quid vel facerent vel omitterent quod contra compromissi formulam esset.

Suffragium suum quisque judex in hydriam fert : judicium secundum plures datur, τῷ ἀκριβεῖ τῆς ψήφου βραβευθῆναι

1. XLVIII, p. 78, l. 30, seqq.; Plut., *Apoph. Lac.*, p. 230.
2. Plut., *Themist.*, XXIV : γενόμενος αὐτῶν κριτὴς ἔλυσε τὴν ἔχθραν.
3. XXVIII, p. 39.
4. Thucyd., V, 18.

τὴν κρίσιν [1]. Sententia coram dicenda est, scilicet praesente utraque parte.

Sententia dicta vel conciliatione accepta, hoc etiam munus judicibus restat ut exactis verbis definitionis formulam dent, καταγράψαι τὴν κρίσιν, τὸ κρῖμα [2]. Rhodiorum et Pariorum sententiae nobis exemplis esse possunt. Judices primum omnem litis historiam referunt, περὶ ἧς καὶ τὴν καθήκουσαν ἔκθεσιν πεποιήμεθα [3], quibus modis arbitrium sit constitutum, qua de re compromissum et quibus verbis juratum; utriusque deinde partis argumenta et orationes breviter complectuntur; sententiam tandem declarant [4], interdum poena adjecta, si quis sententiae non steterit [5].

Denique dant curam judices ut definitionis antigrapha integre et exacte transcribantur et ad utramque mittantur partem : « de his rebus sententiam reddidimus, et antigraphis factis, alterum Samiorum prytanibus et senatus scribae, alterum Prieniensium scribae dedimus » [6]. Ad eos quoque spectat cura, si ex compromisso placitum fuerit definitionem titulis insculpendam et in templis vel locis publicis statuendam, ut foederis columnas erigant : « Gnosiorum populus facultatem habeat definitionis scribendae, in titulis qui in Creta erigentur, intra dies triginta; hos intra quoque dies, Delum legatum mittat qui definitionem inscribendi et erigendi facultatem habeat » [7]. Milesiorum arbitri sententiam titulo inscribi non curabunt, qui Olympiae ponetur; sed Messeniis petentibus, exemplum sententiae publico signo obsignatum ad magistratus synedrasque Eleorum mittunt [8].

1. XLVIII, p. 78, l. 31.
2. XXIV, p. 32, l. 8, seqq.
3. XLVIII, p. 78, l. 36.
4. Cf. Sent. Rhodiorum, p. 57 seqq.
5. XXVIII, p. 39, l. 14 seqq.
6. Cf. Sent. Rhodiorum, p. 58, l. 27 seqq.
7. XLV, p. 73, l. 22 seqq.
8. I, p. 7, B.

CAPUT TERTIUM

DE CONSEQUENTIIS ET HISTORIA ARBITRII

Si quae arbitrii consequentiae fuerint pensare voles, hoc tibi primum considerandum quae in litibus ipsis et in litigantium urbium peculiaribus rebus, dein quae in communi totius Graeciae historia.

Transactione accepta, vel sententia dicta, arbitrorum saepius civitas utramque partem et utriusque procuratores laudationibus et decretis honorat, muneribus interdum et donat : Milesiis placuit ut Messeniorum legatis quam maxima secundum leges ξένια darentur [1]. Hic quidem non Graecorum sed Romanorum potius mos fuisse videtur nec prius ξένια in Graeciae civitatibus usurpata sunt quam Romani hellenicis rebus intervenere [2].

Mutua vice arbitrorum civitatem judicesque ipsos utraque pars, si transactio fuerit, sola autem victrix, si sententia dicta, laudibus et honoribus et decretis et coronis donant : victa autem vel tacet vel interdum judicii censuram agit : Andrii a Pariis condemnati, conceptis verbis Parios detestantur seque nullum cum illis postmodo dandarum aut accipiendarum mulierum commercium habituros pronuntiant [3].

1. I, p. 6, l. 21 seqq : laudandos praeterea legatos propter praesentiam ac commorationem et dari in a Philonico quaestore hospitia ac munera amplissima ex legibus, eosque et archontas in publicam domum advocari.
2. XXXIX, p. 64, l. 12 seqq.
3. XXXI, p. 41-42.

Minimae quidem hae arbitrii consequentiae haberi possunt, solae tamen in plerisque causis fuere. Interdum ut sententia in rebus valeat, judices quaedam efficiunt : novos limites terminosque, secundum placita, Rhodii inter Samios et Prienenses [1], Parii inter Itanios Hierapytniosque [2], Pergamenses inter Mytilenaeos Pitanaeosque [3], ne pluribus exemplis utar, statuunt. Sententiae autem novisque finibus stare si alterutra vel utraque pars detrectaverit, poena quidem interdum compromissa est : « Si quis vel populus vel civis huic transactioni contraveniet, alteri parti poenam solvet, viginti talentorum, si civitas, quinque talentorum, si civis »[4]. Non definitur autem quibus modis vel cujus auctoritate haec poena exigenda sit.

Sponsores quidem Gnosiis Latii Oluntiique dederunt, ἐγγύος δὲ καταστασάντων ἐν ἁμέραις εἴκοσι Κνωσίος διὰ τῶ Κνωσοῖ χρεωφυλακίω ὑπὲρ τούτω τῶ ἐγγρόφω οἵ τε Λάτιοι καὶ οἱ Ὀλόντιοι τοῖς Κνωσίοις ἑκάτεροι ἀργυρίω Ἀλεξανδρείων ταλάντων δέκα [5], et sponsores utriusque partis Gnosii sunt cives, quo facilius de illis poenam capere liceat, sponsoresque obnoxii fiunt donec judicium perfectum scriptumque sit, ἔντων δὲ οἱ ἔγγυοι μέστα κα ἁ κρίσις ἐπιτελέσθαι καὶ ἀγγράφηι, καθὼς προγέγραπται [6]; perfecto autem judicio, id est jam dicta scriptaque sententia, exsolventur.

Quo fit ut si quis sententiae non steterit, nullam nec arbitri nec altera pars aliam facultatem habeant quam bellum : quum inter Eleos et Lepreatas arbitri Spartiatae ex compromisso electi essent, Elei, suspicati se suum jus non obtenturos, arbitrio omisso, Lepreatarum agrum vastaverunt; a Lepreatis ergo Spartiatae stetere et Lepreum praesidium miserunt : Elei ut iniquo arbitrio damnati, ad Argivos deficiunt bellumque exoritur [7]. Alia etiam exempla invenies. Bellum autem non intervenit inter arbitros reluctantemque alteram

1. XXXIX, p. 63.
2. XLVIII, p. 79 seqq.
3. XXXV, p. 49.
4. XXVIII, p. 39, l. 14, seqq.
5. XLV, p. 73, l. 32, seqq.
6. XLV, p. 73, l. 40-41.
7. VII, p. 15, seqq.

partem, nisi arbitris bellum prodesse possit, quum nec ex compromisso nec ex sententia placitum unquam sit ut, si quis non steterit, huic bellum denuntietur.

Re vera, ad lites finiendas pacemque inter Graecos stabilitandam, arbitria nihil valuere. Quod ut persuasum habeas, indicem tantum omnium arbitriorum considerare opus est. Saepissime quidem causas arbitris permissas fuisse tibi apparebit, et a primis ad ultima Graeciae tempora et in omnibus hellenicis terris :

	PARTES	ARBITRI	ANNO
I.	Messenii et Spartiatae.		circa 743
XXXI.	Andrii et Chalcidenses	Parii, Samii et Erythraei	circa 650
XVI.	Athenienses et Mytilenaei	Periander	— 606
VIII.	Elei et Pisaei	Eleae feminae	— 600-580
XV.	Athenienses et Megarenses	Spartiatae	— 596
VI.	Arcades et Elei	Pyttalus	— 570
XVIII.	Athenienses et Thebani	Corinthii	— 520
XII.	Corcyraei et Corinthii	Themistocles	— 479-471
XII.	Corcyraei et Corinthii		— 435
VII.	Elei et Lepreatae	Spartiatae	— 431-430
XVII.	Athenienses et Spartiatae		— 421
IX.	Argivi et Spartiatae		— 420
XVII.	Athenienses et Spartiatae		— 421-414
IX.	Argivi et Spartiatae		— 418
XIII.	Segestani et Selinuntii	Syracusani	— 410
XVII.	Athenienses et Spartiatae	Megarenses	circa 390
XXVI.	Narthacienses et Melitaenses	Medeius	circa 385
XXXVII.	Cumaei et Clazomenii	Pythia	circa 383
XXII.	Thebani et Spartiatae	Achaei	— 371
XXVI.	Narthacienses et Melitaenses	Thessali	— 352-385
XXXII.	Thasii et Maronitae		— 362-342
XX.	Athenienses et Delii	Amphictyones	— 346-343
XXI.	Athenienses et Philippus		— 342
XXI.	Athenienses et Philippus		— 341-340
V.	Spartiatae et Megalopolitani	Philippus	— 338
I.	Spartiatae et Messenii	Philippus	— 338
XXX.	Melii et Cimolii	Argivi	— 338-337
XXXIX.	Prienenses et Samii	Alexander	— 334
XXXIX.	Prienenses et Samii	Philippus Arrhidaeus	— 320
XXXVI.	Teii et Lebedii		— 305-301
XXXIX.	Prienenses et Samii	Antigonus	— 305
XL.	Demetrius et Rhodii	Athenienses	— 304
XIX.	Athenienses et Boeoti	Lamia	— 288
XXVIII.	Parii et Naxii	Eretrienses	— 288

	PARTES	ARBITRI	ANNO
XXVI.	Narthacienses et Melitaenses	Pyrrhus	— 288-287
XXXIX.	Prienenses et Samii	Lysimachus	— 287-284
XXVII.	Pyrrhus et Romani		— 280
XXIII.	Tyrrhenses et Cassopaei	Megarenses	circa 280-255
XXXIX.	Prienenses et Samii.	Antiochus	— 257-247
XXXIX.	Prienenses et Samii	Antiochus Aegyptius	— 247-242
X.	Argivi et Achaei	Mantinenses	— 240
XXXIX.	Prienenses et Samii	Rhodii	— 242-239
XI.	Epidaurii et Corinthii	Megarenses	— 243-234
II.	Messenii et Phigalienses	Aetoli	— 250-222
I.	Messenii et Spartiatae	Antigonus Doso	— 222
XXXV.	Pitanaei et Mytilenaei	Pergamenses	
XLI.	Calymnii et Coi	Cnidii	III vel II
XLIV.		Karpathii	saeculi
XLVII.	Hierapytnii et Priansi		
II.	Messenii et Phigalenses	Megalopolitani	
XXIV.	Erythraei et Hypataei	Oechalii	— 194-171
IV.	Geronthraei	Laconum societas	
XXXIX.	Prienenses et Samii	Cn. Manlius	— 188
XXV.	Melitaenses et Perenses	Aetoli	— 190-170
XLIII.	Mylasii et Alabandenses	Laanthes Prodici	—
XLVIII.	Gortynii et Cnosii	Appius	— 184
III.	Zarachii et.....	Tenii	
V.	Spartiatae et Megalopolitani	Kallicrates	— 164-149
XXIX.	Arcesinenses et Naxii		
XXVI.	Narthacienses et Melitaenses	Samii,Colophonii,Magnetes	— 153-150
I.	Messenii et Spartiatae	L. Mummius	
XXVI.	Narthacienses et Melitaenses	Senatus Romanus	
V.	Spartiatae et Megalopolitani		circa 149-146
I.	Messenii et Spartiatae	Milesii	
XXXIX.	Prienenses et Samii	Senatus Romanus	— 136
XLV.	Latii et Olontii	Gnosii	— 134
XLVII.	Itanii et Hierapytnii	Parii	— 133
XIV.	Pagaei	Achaei	
XLII.	Mylasii et Stratonicenses	Romani	
XXXVI.	Lebedii et Theii	Ionum Societas	Alterius saeculi
XXXIII.	Alexandrini	Carystii	
XXXVIII.	Prienenses et Milesii	Smyrnaei	

Ex hoc indice manifestum est omnes Graecos arbitris usos fuisse, et a primis temporibus, si Pausaniae credendum est qui Spartiatas Messeniosque ad arbitros confugisse tradit, usque ad ultima hellenicae libertatis tempora. Quod si rem penitus perspicies, haec septuaginta arbitrii exempla non ad septuaginta lites videbis spectare, sed semper easdem lites inter easdem duas civitates plurimis arbitriis dijudicatas

fuisse. Graecorum quaeque civitas cum vicinis quibusdam, quoad utrique libertate fruuntur, litem unam et eamdem de finibus, de fonte, de templo vel de castello agit : Argivi Cynosouriam sibi vindicant, Samii agrum ad Maeandri ostia, Narthacienses locum vastum et templa deserta. Quae ad acquirenda omnes semper voto factoque tendunt, nec ad aliam sibi utilitatem consilia et bella, foederaque et lites vertunt.

Quotiescumque arbitrum permittebant, non hoc illis propositum erat ut litem aeque finirent pacemque et amicitiam inter se renovarent. Sed aut bello lassati breves inducias sperabant, quibus vires fessas restituere, socios vel mercenarios conducere, et, exercitu jam refecto, bellum ex integro restaurare possent, aut exorta inter Graecos nova quadam auctoritate, ad hanc non ut ad arbitrum sed ut ad vindicem ultoremque confugiebant. Pars victa verbis quidem ferme semper, mente autem nunquam, stat sententiae; sed, quum vel arbitri vel alterius partis potentioris metu agris controversis cedere cogitur, ultionem sibi fore confidit et juris sui ditionisque restitutorem omni loco, omni tempore, omni modo quaeritat. Samii, bello victi, Prienensibus Meliacum agrum cedunt, sed postquam Alexander in Asiam trajecit, jam sibi fauturum eum sperant quum, navibus instructi, utili in Persarum classem auxilio esse possint : a Prienensibus autem stat Alexander. Cujus sententiae, quoad Alexander vixit, parere coguntur; Alexandro autem mortuo, Philippum Arrhidaeum invocant, Philippo mortuo, Antigonum, Antigono mortuo, Lysimachum iterumque eumdem Lysimachum. Semper condemnati, urgent tamen nec votorum quidquam remittunt, sed quotiescumque novus in Asia dominus exoritur, hunc sibi ultorem fore confidunt : regibus Syriae et Aegyptiacis praefectis, Rhodiorum populo et senatui Romanorum arbitrium offerunt nec ante contentionem deponunt quam utrique parti pacem cum servitute Romani injungant. Alteri tibi exemplo Melitaensium et Narthaciensium lis esse potest, septies arbitris permissa, Medeio, Thessalis, Pyrrho, Flaminio, Senatui romano, Samiis, iterumque senatui.

Cum hac mente arbitris usi sint Graeci, non jam miraberis hoc apud eos institutum ad pacem stabilitandam nihil valuisse, belli autem servitutisque instrumentum fuisse, nedum amicitiae fraternitatisque fuerit. Donec enim Graecia floruit, liberaeque in ea civitates de imperio certaverunt, verbis semper se ad arbitrium paratos Athenienses Spartiataeque et Thebani proclamavere : re autem vera, hae fictae arbitrii permissiones, bello jam incepto, praecinuntur. Ante Peloponnesiacum bellum, Atheniensium legati Spartiatis orationem habent : « Nos igitur quum neque ipsi adhuc in ulla hujusmodi culpa simus, neque vos esse videmus, suademus vobis, dum liberum utrisque est, recte consultare ne foedera frangatis, neve jusjurandum violetis sed controversias judicio dirimatis ex foederis pacto » ; quibus respondet rex Archidamus : « Non judiciis nec verbis disceptandum est, quum hostes non verbis laedantur, sed auxilium nostris sociis ferendum, et totis viribus. Attamen, Spartiatae, legatos ad Athenienses mittite : bellum ei, qui judicio se offert, prius inferre non licet, ἐπὶ τὸν διδόντα δίκας οὐ πρότερον νόμιμον ἰέναι ». Legatos ergo ad Athenienses Spartiatae mittunt qui nihil aliud dicant nisi « Lacedaemonios pacem velle, si Graecos liberos esse siverint Athenienses ». Equidem non injuria Lacedaemoniorum legatis respondetur : « Lacedaemonios cum antea manifestum erat insidiari nobis, tum nunc maxime : cum enim constitutum esset ut de rebus controversis judicio inter nos disceptaretur et utrique ea retineremus, quae teneamus, tamen neque ipsi postularunt judicium neque a nobis oblatum accipiunt [1]. » Haec est inter Graecos arbitrii permissio : potentioribus civitatibus vel inter se criminandi vel minores opprimendi materiem causamque affert : inter Lepreatas et Eleos arbitri electi, Spartiatae Lepreum occupant.

Cum, jam labefactis omnibus Graeciae civitatibus, externa et in Macedonia et in Italia Asiave crevere imperia, hostibus hellenicae libertatis egregiam primum intercedendi rationem arbitrium obtulit, et egregiam dein regendi artem : Delios Philippus hortatur ut litem in Athenienses ad Amphictyonas

1. Thucyd., I, 78, 4; 85, 2; 86, 3; 140, 2.

deferant, cum Amphictyonum consilium sibi devotum esse expertus jam est; idemque Philippus, cum post pugnam Chaeronensem omnes graecas civitates ante componere velit quam in Asiam trajiciat, arbitris ex omni Graecia electis omnes Peloponnesi lites permittit. Nec alio more Asiaticas civitates primum sibi allexisse dein addixisse Asiatici Syriique Aegyptiacique videntur reges, Antigonusque et Lysimachus, Antiochique et Ptolemaei.

Quod si jam transeamus ad Romanos, non alio more nec modo arbitrii vel permissionibus vel oblationibus aut injunctionibus usos esse cernimus, ut rebus hellenicis intervenirent. Quos omnes Romanorum interventus parum cognoscimus : « externorum inter se bella, scripsit Livius [1], quo quaeque modo gesta sint, persequi non operae est satis superque oneris sustinentis res a populo romano gestas scribere ». Quae autem melius cognita exempla habemus, in titulis, non apud auctores, invenies; nec dubium est quin et in aliis titulis, nondum effossis, multa alia lateant quae aliquando appareant. Creta tamen argumento nobis esse potest.

Hanc insulam sibi cupiebant Romani : « Creticum bellum, inquit Florus [2], si vera volumus noscere, nos fecimus, sola vincendi nobilem insulam cupiditate ». Quam cupiditatem, cum in bello contra Antiochum Cretensium sagittariorum funditorumque et jaculatorum virtutem experti essent [3], ab anno 190 habuerunt. Insequenti anno Cydoniatae bellum adversus Gortynios gerebant. Cum captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam diceretur, optimum visum est Q. Fabio praetori in Cretam trajicere : classe Epheso profectus, cum primum Cretae littus attigit, nuntios circa civitates misit ut armis abstinerent captivosque reducerent et legatos mitterent ad se quibuscum de rebus ad Cretenses pariter Romanosque pertinentibus ageret. Sed nihil magnopere ea moverunt Cretensium civitates nec captivos, praeter Gorty-

1. Tit. Liv., XLI, 25.
2. III, 7.
3. Tit. Liv., XXXVII, 41.

nios, ulli reddiderunt nec arbitrium, ut videtur, Q. Fabio permisere [1].

Anno 184, Gortynii cum Gnosiis bellum agunt : jamque victores Gortynii, omnibus modis Gnosiorum vires attenuare cupientes, partem agrorum illis ademptam Rhaiceiis, partem Lyctiis contribuunt : legationem cum Appio senatus mittit, qui exortas seditiones componat. Postquam verba de iis rebus apud Cnosios et Gortynios fecit, persuaderi sibi passi sunt Cretenses ut liberum de se Appio et ceteris legatis arbitrium permitterent [2]. Haec est prima Romanorum in rebus Cretensium interventio. Cum autem, paucis annis interjectis, Cretenses idem furor in semetipsos versus mutuis caedibus ad internecionem adducturus esse videretur, altera cum Q. Minucio legatio missa est, qui cum decem navibus appulit certaminaque sedavit : sed induciae tantum sex mensium fuerunt [3]. Romanorum jam socii Cretenses sagittariorum incertum numerum rogati P. Licinio consuli ad bellum contra Perseum mittunt. Quo bello perfecto, Cretensium rebus Romani diligentius studuerunt : cumque inter Cretenses et Rhodios bellum litesque inter Itanios in Creta et Hierapytnios exorta essent, legatos cum Q. Fabio Labeone senatus misit, qui bellum composuerunt, lites autem ad senatum detulerunt [4]. Altera de eadem re legatio cum Servio Sulpicio missa non melius successit; denique senatusconsulto Pariis arbitrium permissum est. Quae legationes, si consultis decretisque credebatur, ad pacem tantum spectabant : sed, ut verbis Polybii utamur, re vera non solum ad id mittebantur ut inter Megalopolitanos et Lacedaemonios controversias disceptarent, sed etiam ut res Graecorum propius aspicerent, ἐποπτεύσοντες τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας [5]. Non arbitros sed speculatores et Q. Fabium et Q. Minucium et Q. Fabium Labeonem delegavit in Cretam senatus, ut locorum situs, portuumque et castellorum conditiones, civitatum mutua

1. Tit. Liv., XXXVII, 60.
2. Polyb., XX, 15.
3. Tit. Liv., XLI, 25.
4. C. XLVIII.
5. Polyb., XXXI, 9.

odia, insulae opesque viresque cognoscerent, quo facilius haec fortitudine incolarum nobilis insula expugnaretur. Quod quidem post Mithridaticum bellum evenit; Metellus Fabiorum Minuciique successor, totam insulam igno ferroque populatus, castella et urbes redegit, Gnossum et Erythraeam et Cydoneam solo adaequavit, romanam finem cretensibus imponens litibus.

Quod in Creta fecere, idem et in tota Graecia et in omnibus hellenicis terris fecerunt. Suam erga omnes Graecos antiquam et fidam et communem benevolentiam amicitiamque prae se ferentes, arbitros inter civitates se proponunt. Repulsam si primum ab utraque vel ab altera parte tulerint, nihilominus iterum benevolentes et amici legatos ad compositionem mittunt: laudibus et honoribus et muneribus legatos magistratusque civitatum cumulant, quae populo Romano arbitrium permiserunt. Jam per hellenicas civitates fama fertur senatusconsultis[1] haec adjici solere : « Munera utrisque praetor C. Hostilius quaestorem dare jubeat sestertium nummum CXXV in utramque legationem ita ut ipsi e republica fideque sua videbitur ». Rarius utrique parti tales mores displicebant; saepius, si non utraque, altera saltem arbitrium permittebat; et quamvis non uterque litigantium sed alter tantum eos adiisset, Romani decidebant non tam arbitrio quam potentia : sic de Lacedaemoniis Achaeisque anno 184 iterumque annis 148-146, sic de Eumene et urbibus Thraciae, sic de Philippo et Thessalis et Perrhaebis egerunt : neque tangam eorum de Antiocho Syrio et Ptolemaeo Philometore arbitrium : arbiter ille Popilius qui circulo partes ita circumscribit ut obstupefactus Antiochus respondere cogatur : « Faciam quidquid populus Romanus jubet », arbiter ille Romae ipsius quasi figura apparet, dominus jam ex arbitro factus.

Quo fit ut multa arbitrii exempla omisisse tibi videar, si libellum doctissimi viri E. de Ruggiero « *L'Arbitrato Pubblico presso li Romani* » volves. Inter Antiochum et Eumenem, exempli gratia, senatus intercessit [2], legatumque

1. Senatusc. Narthac.
2. Polyb., XXII, 27; Liv., XXXVIII, 39.

L. Scipionem misit ad dirimendas de Asia ultra Taurum lites; definitionem autem suam non jam offert senatus, sed imponit. Quum Spartiatae moenia sua diruta, abductamque in Achaeam plebem et venumdatam, et ademptas Lycurgi leges deplorarentur Achaeosque incusarent, senatus, Achaeis crimen excusantibus suas recitando leges, Ap. Claudium cum legatione in Peloponnesum misit [1]. Tunc Appius Achaeis suasit ut, *dum liceret voluntate sua facere, gratiam inirent, ne mox inviti et coacti facerent*. Addit autem Livius : *haec vox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metum injecit imperata recusandi* [2]. Non judicis arbitrique sed domini jam est vox illa. Nec aliter ex auctoritate Manii Acilii senatus inter Delphos vicinasque civitates litem de consecrata Apolloni Pythio regione terminavit [3], aut inter Athenienses Achaiosque de Deliis [4] aut etiam, si Pausaniae credendum, inter Athenienses Oropiosque [5].

Hoc arbitrii publici institutum Romani usurpavere semperque retinuerunt non solum libertate vigente sed etiam Caesaribus imperantibus. Ad gentium enim moderationem administrationemque hoc verterunt, nunc ut publicas civitatium lites nunc etiam ut privatas civium dirimerent : C. Avidius Nigrinus, legatus pro praetore, Anticyrensium civitati Delphorumque templo judex datur [6] : « C. Helvidius Priscus, arbiter ex compromisso inter Q. Tillium Eryllum, procuratorem Tilli Sassi, et M. Paquium Aulanium, actorem municipi Histoniensium, utrisque praesentibus juratus, sententiam dixit [7]. » Nec dubium esse mihi videtur quin a Graecis Romani hoc institutum acceperint. Cum hoc enim apud Graecos a primis temporibus invenitur, apud Romanos non ante exemplo est quam Graecorum jam auctoritate florente. Equidem Dionysius Halicarnensis fabulosum illum Numan Latii civitatibus se praestitisse, διαλλακτῆρα, arbi-

1. Liv., XXXIX, 33, 18.
2. Liv., XXXIX, 37, 19.
3. C. I. L., III, 567, 7303. C. I. G., I, 1711. Schmidt, *Hermes*, XV, p. 375.
4. Polyb., XXXII, 17.
5. Paus., VII, 11, 4-5.
6. C. I. L., III, 567, 7303.
7. C. I. L., IX, 2827.

trum, Porsennamque inter Tarquinium Romanosque suum obtulisse arbitrium narrat[1]. Haec autem parum fide digna videntur, nec ante arbitris inter civitates usi fuisse Romani quam Pyrrhus in Italiam venerit. Cujus arbitrium repulerunt. At postea, Graecorum moribus jam assuefacti, huic novitati favere, postquam experiri poterant quantum valeret ad hellenicas res perturbandas Graeciamque subigendam.

1. Dion Hal., II, 76; V, 32. Cf. de Ruggiero, *op. laud.*, p. 59.

Vidi ac perlegi,
Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,
Idibus Maii anno MDCCCXCIII,
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus
A. Himly.

Typis Mandetur
Academiae Parisiensis Rector
O. Greard.

HIERAPYTNII ITANIIQUE

Quae a Boeckhio in C. I. G., 2561 b, jam edita erat inscriptio, iterum a Viereckio, *Genethliacon Gottingense,* 1888, p. 54 seqq., dein ab Halbherrio, *Museo Italiano di Antichita Classica*, III, 2, p. 12, emendata fuit. Non Parios electos fuisse sed Magnesios ad Maeandrum Halbherrio videtur. Cum plurimae maximaeque sunt Halbherrii emendationes, jam iterum hunc edo titulum, ut de Ruggiero, *op. laud.*, p. 307, Halbherrium secutus :

[Θεὸς ἀγαθός? | Ἐπ]ὶ Ὀλυμπικο[ῦ] Σ.....ος ἐ ἱσταμέ[ν]ου · ἀ[πόφ]ασις Εὐφήμου τοῦ..... | [ν]εωκόρου τῆς [Ἀ]ρτέμιδ[ος] τῆς Λευκοφρυ[ή]νης, Κίλλου τοῦ Δημητρίου, [Ἀ]ρισταγόρου τοῦ [Δ]η[μ]ο.. ...... | Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀλέξωνος, Λυκομήδου τοῦ Εὐπολέμου, Δημητρίου τοῦ Δημητρίου τοῦ Ἡροπύθου, | Δημητρίου τοῦ Δημητρίου τοῦ Ἀναξαγόρου, Αἰδούχου τοῦ Ἀπολλοδώρου, Μιννίωνος τοῦ Διο[ν]υ|σίου τοῦ Μιννίωνος, Ἐπικο[ύ]ρου [τ]οῦ Ἀρτεμιδώρου τοῦ Μοσχίωνος, Παυσσικράτου τοῦ Ἡροπύθου, Ἀπολ|λωνί[ο]υ [τ]οῦ Ἀπολλωνίου, Εὐβούλου τοῦ Ἀλεξίωνος, Βοήθου τοῦ Ἀνδρομάχου, Ἀρτεμιδώρο[υ] τοῦ Δη|μη[τ]ρίου, Ἀπολλωνίου τοῦ Διονυσοδ[ώ]ρου, Ἐπικράτου τοῦ Διοκλέους τοῦ Διονυσοκλέου[ς, Ε]ὐβούλου | τοῦ Μα[νάβω?]νος κεχειροτονημένων καὶ αὐτῶν ὑπὸ τοῦ δήμου δικάσαι Κρησὶν Ἰτ[ανίοις τε καὶ] Ἱ[ερ]απυ|τν[ίοις κατὰ τὸ γεγο]νὸς ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγμα καὶ κατ[ὰ] τὴν ἀποσταλεῖσα[ν ἐπιστολὴν ὑπὸ Λ]ε[υ|κίου Καλοπορνίου Λε]υκίου υἱοῦ Πείσωνος στρατηγοῦ ὑπάτου. εὐκτὸ[ν] μὲν ἦ[ν.....] | ι....ἡμῶν εἰς μηδεμίαν φιλονικίαν καὶ πλεοναζ[ο.....] | δ.....ιεσθαι μετ' εἰρήνης δὲ καὶ τῆς πάσης ὁμονοίας.....ς | τ[ὴν πρὸς ἀλλήλο]υς διαφυλάσσειν εὔνοιαν, ἐπειδὴ

οἱ καιροὶ πολλ.....ς | σ.....τοὺς συγγενεστάτους εἰς διάστασιν τὴν πρ(ὸ)ς ἀ[λλήλους].....ν | α[.....π]ᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν φιλίαι διαλύειν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς [..... χ]ρόl[νωι?..... τὰς ἐπε]λη(λ)υθυίας ἔχθρας, ὅθεν καὶ τὰ νῦν εἰς τὴν μὲ[ν.....] ε | λ[..... Ἰτανί]ων καὶ Ἱεραπυτνίων. τῆς δὲ συνκλήτου στοιχου[μένης τῆι παρ' ἑαυ[τῆι | π[ρὸς ἅπαντας ἀνθρώ]πους ὑπαρχούσηι δικαιοσύνηι δούσης κριτὴν αὐτ[οῖς τὸν ἡμέτερ]ο[ν] | δ[ῆμον, διατάξαντος? δ]ὲ περὶ τούτων καὶ τοῦ στρατηγοῦ Λευκίου Καλοπο[ρνίου Λευκίου υ]ἱοῦ | Πείσω[ν]ο[ς ...καθ]ότι τὰ ἀποδοθέντα ἡμῖν ὑπ' ἑκατέρων γράμματα περιέχει, ὁ δῆμος ἡμῶ[ν] | τοῖς τε ὑπὸ Ῥωμαίων, τῶν κοινῶν εὐεργετῶν, διὰ παντὸς γραφομένοις πείθεσθαι προαιρούμε|νος, μεμνημένος τε τῶν διὰ προγόνων ἀπὸ τῆς ἀρχῆς γεγενημένων ὑφ' ἑαυτοῦ πρὸς πάντας Κρηταιεῖς καλῶν καὶ ἐνδόξων, ἃ καὶ θεοῦ χρησμοῖς κρὶ τῆι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰδήσει κ[ατε]ίληπται, καὶ νῦν | μετὰ σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἐποιήσατο τὴν αἵρεσιν τοῦ δικαστηρίου ἐν τῆι ὑφ' ἑκατέρων γενηθεί(σηι) | ὁμολόγωι ἡμέραι. ἀποδειχθέντες οὖν καὶ αὐτοὶ κριταί, παραχρῆμα ἀναβάντες ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἀρτέμι|δος τῆς Λευκοφρυήνης, σφαγιασθέντος ἱερείου, ὠμόσαμεν καθ' ἱερῶν, παρόντων τῶν τε διαδικα|ζομένων ἀφ' ἑκατέρας πόλεως καὶ τῶν συνπαρόντων αὐτοῖς, καὶ καθίσαντες ἐν τῶ(ι) ἱε[ρ]ῶι τῆς | Ἀρτέμιδος τῆς Λευκοφρυήνης διηκούσαμεν τῶν διαφερομένων οὐ μόνον τὸν τῆς ἡμέ[ρα]ς αὐ|τοῖς δόντες χρόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πλεῖ[ο]ν τῆς νυκτός, πᾶσαν ἀναδεχόμενοι κακοπαθίαν χά[ρ]ιν τοῦ | μηθενὸς ὑστερῆσαι δικαίου μηθένα τῶν κρινομένων· τέλος δὲ λαβούσης τῆς δικαιολογίας | ἐνγράφους θέμενοι τὰς γνώμας, τῶι μὲν ἀκριβεῖ τῆς (ψ)ήφου βραβευθῆναι τὴν κρίσιν οὐκ ἠβουλό|μεθα, συναγαγεῖν δὲ σπεύδοντες αὐτοὺς καὶ αὐτοὶ καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκαταστῆ[σ]αι | φιλίαν ὡς ἦν ἡμεῖν πάτριον καὶ προσῆκον ἡγούμεθα, ἑκατέρους τὰ πράγματα ἐφίκανον προ[σ]κει|μενοι εἰς τὸ συλλ(ύσ)εως καὶ φιλίας αὐτοῖς παραίτιοι γενηθῆναι, τῆς δὲ προθέσεως ἡμῶν μὴ τελ[ε]ιουμέ|νης διὰ τὸ ὑπερβαλλόντως αὐτοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονικίαν ἐνεστάσθαι, συνέβη τῆι ψήφοι | τὴν κρίσιν βραβευθῆναι, περὶ ἧς καὶ τὴν καθήκουσαν ἔχθεσιν πεποιήμεθα. Ἰτάνιοι(ς) πόλιν οἰκοῦν|τες ἐπιθαλάσσιον καὶ χώραν ἔχοντες προγονικὴν γειτονοῦσαν τῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου ἱερῶι, ἔχον|τ(ε)ς δὲ καὶ νήσους καὶ ν[ε]μόμενοι ἐν αἷς καὶ τὴν καλουμένην Λεύκην, θλιβόμενοι κατά τιν[α]ς καιροὺς ὑπὸ τῶν παρορόντων Πραισίων ἐπεσπάσαντο χάριν βοηθείας καὶ φυλακῆς τῆς τε πόλεως καὶ τῆς χώρας | ἔτι δὲ καὶ τῶν νήσων

τὸν Αἰγύπτου βασιλεύσαντα Πτολεμαῖον ὡς τὰ παρατεθέντα ἡμεῖν περὶ τού|των γράμματα περιεῖχεν καὶ τούτωι τῶι τρόπωι δ[ια]κατεῖχον τοὺς (π)ροειρημένους τόπους · τελευτή|σαντος δὲ τοῦ Φιλομήτορος βασιλ[έ]ως Πτολεμαίου καὶ τῶν ἀποσταλέντων ὑπ' αὐτοῦ χάριν τοῦ συντη|ρεῖν Ἰτανίοις τήν τε χώραν καὶ τὰς νήσους ἀπαλλαγέντων, οὕτ[ω]ς Ἰτάνιοι καὶ τῆι ἀπὸ τῶν φιλων εὐ[ν]οί|αι συνχρ[ώμ]ενοι διεφύλασσον τὰ καθ' ἑαυτούς · ἐνστάντος δὲ κατὰ τὴν Κρήτην πολέμου καὶ μείζονο[ς], ἀνειρημένης δὲ ἤδη καὶ τῆς Πραισίων πόλεως τῆς κειμένης ἀνάμεσον Ἰτανίων τε καὶ Ἱεραπ[υ]|τνίων, [οὕτ]ως Ἱεραπύτνιοι τῆς τε νήσου καὶ τῆς χώρας ἀμφισβητεῖν Ἰτανίοις ἐπεβάλαντο φάμε|νοι τὴν μὲν χώραν εἶναι ἱερὰν τοῦ Ζηνὸς τοῦ Δικταίου, τὴν δὲ νῆσον προγονικὴν ἑαυτῶν ὑπάρ|χειν · τῶν δὲ παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτῶν τῶν περὶ Σερούιον Σολπίκιον παραγενομένων εἰς Κρήτην | καὶ τοῦ πολέμου λύσιν λαβόντος, κατή[ν]τησαν καὶ Ἰτάνιοι ἐπὶ τὴν σύνκλητον, δοθείσης δὲ τῆς ἡμετέ|ρας πόλεως πρότερόν τε καὶ νῦν, καὶ τοῦ δόγμ[α]τος περιέχοντος ὃν τρόπον ἑκάτεροι ταύτην τὴν | χώραν καὶ τὴν νῆσον περὶ οὗ ἡ πρᾶξις ἔνεστι[ν διακατε]σχηκότες εἴησαν τῆι πρὸ [τ]ο[ῦ ἡμέραι ἧ ὁ πόλε|μος ἐν αὐτοῖς ἤρξατο, οὗ πολέ[μ]ου ἕνεκεν Σ[ερούιος Σολ]πίκιος κἀκείνη ἡ πρεσβεία εἰς Κρήτην ἀπεστά|λησαν, ὅπως οὕτως κρίνωσιν αὐτοὺς ἔχειν, κ[ατέχειν τε καρπ]ίζεσθαί τε ἐξεῖναι, ἔγνωμεν ἐκ τῆς ὑφ' ἑκα|τέρων γενηθείσης δικαιολογίας τὴν χώρα[ν τὴν εἰς διαμφ]ισβήτησιν ἠγμένην διακατεσχημένην | τε ὑπὸ Ἰτανίων καθότι προεκτεθεί|μεθα ἕω]ς ....] φημενον πόλεμον γενηθῆναι, οὖσαν | δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἰτανίων καθ[ό]τι καὶ [οἱ ἐπιδειχθέντες ἡμ]εῖν ὑφ' ἑκατέρων περιορισμοὶ τῆς χώ|ρας ἐμήνυον, ὅ τε πρὸς τοὺς πρότερον [παροροῦντας αὐτ]οῖς Δραγμίους γενηθεὶς (ης) περιέχων | οὕτως · ὦροι δὲ ὄντων αὐτοῖς τᾶς χώρας τ[οίδε · ὡς ὁ Σέδαμνος ἐ]ς Καρύμας καὶ πέραν ἐς τὰν στεφά|ναν καὶ ἁ στεφάνα περιάμπαξ ἐς [ὀ]ρθὸν ἐ[ς Δορθάννας ἐπὶ τὸν λ]άκκον καὶ ἐς τὰν ὁδὸν καὶ πέραν ἐς | τὸν Μόλλον, καὶ πάλιν ὁ γεν(η)θεὶς Ἰταν[ίοις καὶ Πραισίοις κα]θότι ὑπογέγραπται · ἔδοξε τοῖς Ἰτανί|οις καὶ τοῖς Π[ρα]ισίοις θέσθαι εἰρήναν ἐς πά[ντα τὸν χρόνον ἐπὶ τ]ᾶι χώραι ἂν νῦν ἑκάτεροι ἔχοντι ἇς ὅρια τά[δε · ὡς] ὁ Σέδαμνος ἐς Καρύμας ἐς τὰν δηράδα καὶ πέ[ραν ἐς τὰν στεφάν]αν καὶ περιαμπέτιξ ὡς ἁ στεφάνα καὶ εὐθυ|ωρ[ία(ι) ἐς Λο[ρθά]ννας ἐπὶ τὸν λάκκον καὶ ὡς ἁ ὁ[δὸς ἐς τὰν διε]ξαμερίαν τᾶς ὁδῶ τᾶς ἀγώσας δι' Ἀτρῶ[ν]α καὶ ἐς | [Μ]όλλον καὶ ἀπὸ τῶ Μόλλω[ι] εὐθυωρίαι ἐπὶ θάλα[σσαν· ὁ δ'] α[ὖ τοῖς Ἱεραπυτνίοις καὶ Πραισίοις γενηθεὶς περι|[ο]ρισμὸς

γεγραμμένος οὕτως · οἱ δὲ ὅροι τᾶς [χώρ]ας ὡς ὁ Σέδαμνος ἐς Καρύμας ἐς τὰν δηράδα καὶ πέρα[ν] | ἐς τὰν στεφάναν καὶ περιαμπέτιξ ὡς ἁ στ[ε]φάνα καὶ εὐθυωρίαι ἐς Δορθάννας ἐπὶ τὸν λάκκον. τῶν δὲ πρ[ο]|ειρημένων ὁρίων σαφῶς διειργόντων τήν [τ]ε Ἰτανίων χώραν καὶ τὴν πρότερον μὲν οὖσαν Δρα[γμ]ίων καὶ τὴ[ν] | Πραισίων κατεχομένην δὲ νῦν ὑπὸ Ἱεραπυτνίων, τοῦ δὲ ἱ[ερο]ῦ τοῦ Διὸς ἐκτὸς τῆ[ς] διαμφισβητουμένης | χώρας ὄντος καὶ περιοικοδομήμασιν καὶ ἑτέροις πλείοσι[ν ἀ]ποδεικτικοῖς καὶ σημείοις περιλα[μ]βανο|μένου, καθότι καὶ διὰ [τῶ]ν ἐπιδεικνυμένων ἡμεῖν....ων εὐσύνοπτον ἦν, π[ρὸ]ς τούτοις ἀπεδείκνυον | Ἰτάνιοι καὶ δι' ἑτέρων [π]λειόνων γραμμάτων ὑ[πάρχ]ουσαν τὴν διαμφισβητουμένην χώραν ἔνεργον καὶ οὐ[χ' ὡς ἔφασαν Ἱεραπύτνιοι ἱερὰν καὶ ἀγεώργητον. φανερὸν [δ]ὲ τοῦτο ἐγίνετο καὶ ἐκ τοῦ δόγματος καθ' ὃ ἐκρίνα|μεν τοῦ γραφέντος καὶ ὑπὸ τῶ[ν] ἐληλυθότων εἰς Κρήτην π[ρ]εσβευτῶν τῶν περὶ Κόϊ[ν]τον Φάβιον Αἰτίλιον, (οἳ) ἑω|ρακότες τό τε ἱερὸν καὶ τὸν περίβολον αὐτοῦ ἰδίοις σημ[εί]οις καὶ περιοικοδομήμασ[ιν] περιεχόμενον ἑωρ[α]|κότες δὲ καὶ τὴν χώραν τὴν ὅμωρον τῶ(ι) ἱερῶι, ὑπὲρ μὲν ἱερᾶς χώρας οὐκ ἔγραψαν οὐθὲν καίτοι γε Ἱεραπυ|τνίων ῥητῶς ὑπὲρ ἱερᾶς χώρας ἠξι[ω]κότων τὴν σύγκλητον, Ἰτανίων δὲ περὶ χώρας τῆς ἑαυτῶν τῆς καλουμέ|νης Ἐλείας καὶ νήσου ἰδίας Λεύκης, γνόντες δὲ ὅτι ἡ παρορο[ῦ]σα χώρα τῶ(ι) ἱερῶι οὐκ ἦν ἱερὰ οὐ[δ]ὲ ἀγεώργητος ὑ|[πὲ]ρ χώρας μόνον ἐφαίνοντο μνείαν πεποιημένοι, γράψαντες ἵνα ἔχωσιν κατέχωσίν τε καρπίζωνταί τε το[ῦ | κ]αρπίζεσθαι γραφομένου κατὰ χώρας γεγεωργημένης τε καὶ γεωργηθησομένης, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς χώρ|ας οὐκ ἦν ἐνδεχόμενον. νόμοις γὰρ ἱεροῖς καὶ ἀραῖς καὶ ἐπιτίμοις ἄνωθεν διεκεκώλυτο ἵνα μηθεὶς ἐν τῶ(ι) ἱ|ερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου μήτε ἐννέμηι, μήτε ἐναυλοστατῆι, μήτε σπείρηι, μήτε ξυλεύηι καίτοι γε Ῥωμαίων | ὅταν περὶ ἱερᾶς τινός χώρας διαφέρωνται γραφόντων ῥητῶς καθότι καὶ τὰ παρατεθέντα ἡμῖν ἐφ' ἑτέρων | δόγματα περιεῖχεν. τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον τεκμήριον τοῦ ἐγνωσμένων τῶν καθόλου πρα|γμάτω[ν ὑ]πὸ Ῥωμαίω[ν] ἐφ' ὁμολογουμένοις ἡμᾶ[ς] καὶ κεχριμένοις τὴν ψῆφον ἐπ(ε)νηνοχέναι· Ἰτανίων γὰρ ἀξιωσάν|τω[ν τὴν σύ[νκ]λητον ἵνα τὸ ἐπω(ι)κοδομημένον ὑπὸ Ἱεραπυτνίων χωρίον ἐν τῆι κρινομένηι χώραι καθαιρεθῆι ἢ συν....

INDEX

LE PUY-EN-VELAY. — IMPRIMERIE MARCHESSOU FILS